


600094









VINDICIARUM

STRABONIANARUM

LIBER


SCRIPSIT

AUGUSTUS MEINEKE

BEROLINI
PROSTAT IN LIBRARIA FRIDERICI NICOLAI
MDCCCLII.

GUSTAVO KRAMERO

S.



PRAEFATIO

Quae corruptelae plerosque graecorum scriptorum codices singulae contaminant, lacunarum hiatus, interpolatorum additamenta, verborum in alienum locum traiectiones, denique singulorum vocabulorum depravationes, eae Strabonis Geographumena coniunctae ita corruperunt, ut dubitem num ullus alius scriptor similem in modum a genuina et primitiva specie mutatus ad nostram aetatem pervenerit. In tanta omnis generis vitiorum multitudine profecto non mirandum est, quod ne sagacissimorum quidem doctissimorumque hominum opera effectum est, ut sine molestia legi possit scriptor ad totius antiquitatis cognitionem unus omnium maxime insignis. Quo magis optandum est ut quicunque sibi aliquid in emendando Strabone profecisse videantur, id in medium afferre ne dedignentur, ut tandem coniunctis multorum studiis textus emergat ad pristinam formam, quoad quidem id in tanta bonorum librorum penuria fieri potest, proxime revocatus. Ac mihi quidem cum vel propter Stephani Ethnica hic scriptor paullo diligentiore cura tractandus esset, prae ceteris illud criticae genus Straboni adhibere visum est, quo interpolationes indagantur certisque indiciis co-

gnoscuntur. Qua in re si cui forte acerbior iustoque audacior crisis nostra videatur, non impedio quominus ipse Strabo partis additamentorum auctor habeatur, sed sic ut sua ipse manu illa in margine operis allevisse censeatur. Ita enim existimo, Geographumena sua Strabonem imperfecta reliquisse neque ad eam compositionis speciem absoluta, quam ipse animo praeformatam habuit. Hinc magna illa totius operis inaequalitas, cuius ut aliae partes non tantum propter rerum tractatarum diligentiam, sed etiam ob orationis et perspicuitatem et suavitatem egregiam laudem merentur, ita aliae tanta neglegentia scriptae sunt, vix ut eiusdem scriptoris esse videantur ac manifestum sit, postremam auctoris manum operis summae defuisse. Ac cum non continuo labore sed per intervalla scripsisse videatur, minime mirandum est auctorem, succrescente inter ipsum commentandi nisum materia, multa passim superioribus ad sententiam suam aut explicandam aut supplendam addenda habuisse, quae primum in margine notaret, postea, si vita suppeteret, ad iustam orationis formam redacta reliquis interponeret. Verumtamen haec sine dubio perpauca fuerunt numero, si compares cum ingenti illa ineptissimorum emblematum multitudine, quam intuentes fateantur necesse est, ex tota antiquitate nullum scriptorem superesse, in quo interpolatorum manus ita grassata sit, quam in Geographumenis Strabonis. Multis annis ante nostros codices, quorum vetustissimus undecimum saeculum non excedit, codex fuerit necesse est, cuius margo numerosis additamentis omnisque generis glossematis oppletus esset, unde in eum librum fluxerunt, ex quo qui ad nostram aetatem propagati sunt codices

transscripti sunt. Quibus autem temporibus emblemata illa in textum scriptoris illata sint, id vero anquirere frustra quis allaboraverit; hoc unum certum est, epitomatores Strabonis, quorum antiquissimum decimo saeculo scripsisse probabile est, iam codicibus usos esse omni sordium genere oppletis. Neque uni omnia eidemque auctori tribuenda esse magna illa additamentorum diversitas arguit, quorum cum haud pauca ad doctos peritosque lectores referenda esse videantur, alia ita sunt comparata, ut inepti rhetoris manum prodant aut nasutulis et imperitis glossatoribus assignanda sint. Longe maximam tamen partem si quis a Byzantinis magistellis illatam existimet, is suae sententiam adscribat nostram. Apud Byzantios enim Strabonis Geographumena maxime et cognita et doctorum hominum manibus trita sunt. Hinc est quod quarto saeculo quintive initio Strabo praecipuus extitit fons Ethnicorum Stephani; hinc circa duodecimi saeculi finem Eustathius cum in *παρεκβολαῖς* ad Homerum tum in locupletissimis commentariis ad Dionysii Periegesin frequentissime Strabonis auctoritate usus est; Byzantii denique decimo saeculo, auctore ut videtur Constantino Porphyrogenito, epitome et decimo quinto saeculo Georgii Gemisti Plethonis excerpta e Strabonis opere consarcinata sunt. Antiquiores autem scriptores, si unum Athenaeum excipias, nunquam Strabonis auctoritate utuntur, id quod de Harpocratione, qui duobus locis ad Strabonem provocat, certissime contenderim. Leguntur quidem in huius lexico rhetorico p. 119, 21 haec: *Λευκάς, Δημοσθένης ἐν θ' Φιλιππικῶν· νῆσός ἐστι πρὸ τῆς ἠπείρου κειμένη. διείλεκται δὲ περὶ τῆς ἀκτῆς ἀκριβέστερον*

Στράβων ἐν τῷ ι (p. 451) *τῶν Γεωγραφουμένων. ἐν μέσῳ δὲ καὶ τὸ Μενάνδρου δρᾶμα ἡ Λευκαδία*, et p. 120, 10 haec: *Λεχαῖον* (*Λέχαιον*)· *ἐν τῇ Μιξιδήμου ἀπολογίᾳ φησὶ Λυσίας ὅτι τὸ Λεχαῖον* (*Λέχαιον*) *ἑάλω Μνασίππου ἄρχοντος. ἔστι δὲ τὸ Λεχαῖον* (*Λέχαιον*) *ἐπίνειον Κορινθίων, καθά φησι Στράβων ἐν ή* (p. 380) *Γεωγραφουμένων.* Sed utramque citationem suspectam habeo. Castigatiores enim grammatici, qualis Harpocratio est, non facile utuntur scriptorum testimoniis nisi vetustiorum, quam sive legem sive consuetudinem Harpocratio ita secutus est, ut Iuba recentissimus sit scriptor, cuius auctoritate usus est, fortasse ne hunc quidem ad partes vocaturus, si alio teste res agi potuisset, quod secus est in citationibus Strabonis. Augetur *νοθείας* suspicio eo, quod his solis locis iisque brevissimo intervallo disiunctis, et in rebus levissimis nec ullo scriptoris testimonio confirmandis ad Strabonem provocavit, quamvis frequentissimam in rebus multo gravioribus haberet eius citandi opportunitatem. Denique quid hoc esse dicamus quod primo loco de *ἀκτῇ* scribit? quod ita obscurum est ut, nisi ipsum Strabonem evolvas, quo referendum sit vix intellegatur. His si addas *ἐν μέσῳ*, in omnium manibus est, et per se insolens dicendi genus esse et ab Harpocrationis certe usu alienum, vix dubitabilis videbitur nostra opinio, istas citationes grammatico invito esse intrusas. Praeter Harpocrationem Strabo advocatur in scholiis Apollonii Rhodii, quae cum fere ad Theonem, Lucilium Tarrhaeum et Sophoclem, doctos et antiquos *) grammaticos, auctores

*) Antiquos dixi grammaticos, quamquam de aetate eorum mihi

referantur, facile labefactare videri possunt nostram sententiam. At vero horum interpretum excerptis etiam recentioris aetatis observationes immixtas esse neminem fugit, qui paulo attentius scholia ista perlegerit*). Nihil igitur mirum est, ab his ad partes vocari Strabonem, ut factum videmus ad lib. 2, 942: *Κρωβίαλος πόλις περὶ Παφλαγονίαν. ἧς μέμνηται Στράβων ἐν Γεωγραφουμένοις. παρ' Ὁμήρῳ δὲ μεταγράφει ἀντὶ τοῦ Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε' Κρῶμναν Κρωβίαλόν τε'.* Quibus respiciuntur quae scripsit Strabo 12 p. 545. Addenda his quae ad eiusdem Argonauticorum libri versum 946 de Halye fluvio leguntur: *ἐκαλεῖτο δὲ πάλαι Συρία διὰ τὸ τὸν Ἅλυν ποταμὸν μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων ῥέοντα, φησίν, εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκδιδόναι πόντον*, ubi *φησίν* ad Strabonem referendum esse intellegitur ex lib. 12 p. 544. Byzantinae item, certe non antiquae originis esse mihi videtur scholion Mediceum ad Aeschyli Prom. 420. Nam his quoque scholiis grammaticos Byzantinos suas interposuisse interpolationes intellexit Dindorfius Praef. p. V. Sic autem habet: *Ἀραβίας] πῶς τὴν Ἀραβίαν Καυκάσῳ συνῴκισεν; ἢ ἐπεὶ Στράβων φησὶ τρωγλοδύτας οἰκεῖν μεταξὺ Μαιώτιδος καὶ Κασπίας, οἵ εἰσιν Ἄραβες;* ad quae confer Strabonem lib. 11 p. 506. Praeterea nusquam Strabo in his Mediceis scholiis laudatur; at respicitur in scholio Parisino ad Pers. 883, ubi de Lesbo insula inter alia leguntur haec: *μητρόπολις τῶν Αἰολικῶν πόλεων, περίμε-*

---

non constare fateor; quin post Strabonem scripserint non dubitandum videtur.

*) Cf. Augusti Weicherti Leben und Gedicht des Apollonius Rhodius p. 241. 399.

τρον ἔχουσα ϑ' (imo ‚αρ') σταδίων, μεταποιουμένη τῆς Ὀρφέως κεφαλῆς et quae sequuntur, quae omnia Byzantinus grammaticus transscripsit e Strabonis lib. 13 p. 616. 617. Veneta Homeri scholia codicis A itemque Victoriana, haud vulgaris plena doctrinae, si quando cum Strabone consentiunt, quod saepius factum esse compluribus exemplis docere possem, utrosque iisdem auctoribus usos esse crediderim: nominatim quidem nusquam Strabonem commemorant; at commemorat ex lib. 10 p. 466 scholiasta Lipsiensis ad Il. *ι* 529, iterumque cum Veneto B consentiens ad Il. ζ' 92: ἡ ἐπὶ ἀντὶ τῆς παρὰ ὁμοίως τῷ ‚ἐπ' ἐσχάρῃ ἧστο'. Στράβων γάρ φησι καθῆσθαι πρώην τὰ ἀγάλματα τῆς Ἀθηνᾶς, quae e Strabonis disputatione lib. 13 p. 601, ab auctore scholii parum intellecta, derivata sunt.

Haec omnia affatim docent verum esse id quod supra diximus, Strabonis Geographumena non laudari nisi a recentioris et fere Byzantinae memoriae scriptoribus. Ne geographorum quidem qui iure princeps et antesignanus censetur Claudius Ptolemaeus, ullam videtur Straboniani operis cognitionem habuisse; at habuit Marcianus Heracleota, quinti saeculi scriptor, quem Byzantii docuisse verisimile est. Quod vero Plinius in tanto etiam ignobilium scriptorum quos commemorat numero nusquam Amiseno geographo usus esse reperitur, ea res tanto maiorem habet mirationem, quo certius est Strabonem bonam vitae partem Romae transegisse ibique partem operis literis consignasse: nec defuisse Romae eius exemplaria ex Athenaeo 3 p. 121 a et 14 p. 657 f efficitur.

Sed ut redeat unde deflexit oratio, post interpola-

torum additamenta praecipue lacunarum hiatus magnam afferunt legentibus molestiam. Earum duplex genus est, alterum in ipsis codicibus indicatum, alterum e sententiae vi et grammaticis rationibus petitum. Quorum quod secundo loco posui, cum ancipitem fere et incertum eventum habeat, perraro tentavi; at in primo genere si quid forte profecisse iudicabor, id totum locupletissimis Gustavi Krameri commentariis acceptum refero, in quibus cum accuratissime lacunarum magnitudo, qualis in codice habetur, indicata sit, licebat nonnunquam satis certa divinatione assequi id quod Strabo scripsisset.

De ceteris quae indicavi corruptelarum generibus non est quod hoc loco exponam, id unum dixisse satis habens, me gavisurum esse si crisin me meam hic illic peritis harum rerum iudicibus probasse intellexero. Ad alios scriptores rarissime exspatiatus sum nec fere nisi re ipsa vel cogente vel invitante, ex quo genere est quod p. 153 Catullum non Scyrum, sed Cierum scripsisse docui, quam rem eam ob caussam hoc loco commemoravi, ut eiusdem insulae nomen Ciceroni eriperem, in cuius epistolis ad Atticum V, 12 ad hunc usque diem sic scriptum reperio: pridie nonas Quint. a Piraeeo ad Zostera, vento molesto, qui nos ibidem nonis tenuit. a. d. VIII idus ad Ceo iucunde, inde Gyarum saevo vento, non adverso: hinc Scyrum, inde Delum, utroque citius quam vellemus iter confecimus. Mirus profecto itineris cursus, quo Athenis Delum proficiscens Cicero a Gyaro in Scyrum, et hinc in Delum insulam delatus est. Apertum vero non Scyrum nominasse Ciceronem, sed Syrum, quae

quam recte hic loci commemoretur, ne alia afferam, interpretes Strabo lib. 10 p. 486 docere potuit.

Unum praeterea adiciam. Sciebam Spengelium Monacensem dixisse de prima parte Strabonis Krameriani, et ita dixisse ut haud exiguus inde ad Strabonis emendationem fructus redundarit; at eundem etiam de altera parte, i. e. de libris Strabonis VII—XII dixisse, id vero nesciebam et novissimis demum diebus comperi. Hinc factum est, ut de compluribus Strabonis locis ne nominato quidem Spengelio disputarem. Est etiam ubi in eadem uterque cogitandi incidimus vestigia, velut de loco qui est in libro octavo p. 334 = 97, 6. ubi verba *Ἀττικὴν καὶ* ante *Βοιωτίαν* excidisse etiam Spengelius intellexit. Hoc igitur inventum et si quae huius similia sunt auctori suo, ut par est, lubens restituo.

Scribebam Berolini Idibus Iuliis a. MDCCCLII.

VINDICIARUM

STRABONIANARUM

LIBER

VINDICIARUM
STRABONIANARUM
LIBER.

Lib. I p. 2 Cas. = p. 5, 1 Kram.

Ἐντεῦθεν (ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ) ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον, ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ ἄστρα ‚ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούραις, ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο. ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν ‚φάος ἠελίοιο ἕλκον νύκτα μέλαιναν.' καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ ὠκεανοῦ λέγει. Homerica exempla, quorum illud Il. 7, 421. alterum ib. 8, 485. legitur, de astrorum ortu vel occasu nullum verbum habent; vix enim futurum spero, qui eo quod noctem Homerus post solem ascendisse innuit, simul astrorum ortum a poeta significari contendat. Mira item et suspecta astrorum siderumque disiunctio, quae quis non ita potius a scriptore coniungenda fuisse intellegat: *ὡς δ' αὕτως τὰ ἄστρα καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ ὠκεανοῦ λέγει.* Hinc Homericos versus aut post *εἰς τοῦτον* transponendos, aut ab eadem manu, quae tot alia Homeri aliorumque poetarum exempla scriptori obtrusit, adiectos esse conicias. Atque hoc alterum multo mihi illo videtur esse probabilius: quid enim caussae esse dicamus quod, cum solis occasum ortumque Homericis locis comprobaverit, non idem sibi de

astris sideribusque faciendum putaverit? Eliminanda igitur ista censeo; ac fortasse etiam qui in proximis de Elysio apponuntur versus Homerici, neque ad scriptoris consilium necessarii et in codicibus parum integre scripti, item in marginem reiciendi sunt.

I 6 = 9, 22.

Ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον, ἱκανῶς διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον. Recte quidem Kramerus reiecit Corais commentum *διακροτήσαντας* Strabonem scripsisse contendentis pro *διακρατήσαντας*, non magis tamen probaverim quod ipse coniecit *διακρατύναντας*, cui firmando vix recte advocaveris Dionysium Hal. Ant. rom. 3, 72. Mihi duplex nata est coniectura, ut aut *διασαφήσαντας* aut, quod praetulerim, *διακριβώσαντας* scribendum censeam.

I 10 = [illegible], 10.

Persas pariter et Carthaginienses cum locorum ignari essent, in summum discrimen adductos esse dicit et inscitiae suae monumenta reliquisse, illos Salganei sepulcrum apud Euripum Chalcidicum, Carthaginienses autem tumulum Pelori: *πλήρης τε ναυαγίων ἡ Ἑλλὰς ὑπῆρξε κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν.* Haec verba eo quo nunc leguntur loco a Strabone poni vix potuerunt. Itaque aut delenda arbitror aut post ea, quae de Salganeo scripsit, transponenda, ubi post *τὸν στόλον* posita et parenthesi inclusa locum suum utcunque tuebuntur. Paulo inferius leguntur haec: *τὸ μὲν δὴ πλέον (τῆς γεωγραφικῆς ἐπιστήμης) πρὸς τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους καὶ τὰς χρείας, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας καὶ πολιτικῆς τὸ πλέον περὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους.* In cod. A supra *ἔτι* scri-

ptum est ἐστί. Hinc verisimile est scribendum esse πρὸς τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους καὶ τὰς χρείας ἐστίν· ἔτι δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς. Concinnius etiam fuerit ἔστι δὲ καὶ et in sequentibus πρὸς pro περί, sive potius in prima parte περὶ pro πρός, quod commendant sequentia.

I 11 = 18, 9.

Αὐτὸ μόνον ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐγγύς ἐστιν. εἰ ἄρα ἐπισημηνάμενον ἐπὶ κεφαλαίῳ μικρά. Haec Krameri emendationibus adiutus ita correxerim: *ταῦτα μὲν οὖν, ἐπεὶ — ἐγγύς ἐστιν, εἰ ἄρα, ἐπισημηναίμεθ' ἂν ἐπὶ κεφαλαίῳ μικρά.*

I 15 = 23, 12.

Ἀπελλῆς τε αὐτῷ (Eratostheni) *πολύς ἐστι καὶ Βίων, ὅν φησι πρῶτον ἄνθινα περιβαλεῖν τὴν φιλοσοφίαν· ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἄν τινα ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο ‚οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων'.* Notissimum Eratosthenis de Bione dictum haud inepte compares cum simili de Dionysio Heracleota apud Athen. lib. 7 p. 281 d. *ἄντικρυς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα ἄνθινα μετημφιάσατο*, quamquam is quidem voluptuariam et meretriciam Dionysii vitam taxare voluit. De Strabonis loco dixit Welckerus Prolegg. ad Theogn. p. 91. in cuius disputatione praeter alia id non satis assequor, quo pacto *ἐπ' αὐτοῦ* de Eratosthene intellegi possit. Eratosthenes multum tribuebat Bioni, quem philosophiae floridam vestem induisse dictitabat; at fuit etiam ubi ab eo dissentiret et *ἄνθινα* pannis cessisse diceret, *οἵην ἐκ ῥακέων*! In iis quae his proxime subicit Strabo, parum commode usus esse videri potest particula *γάρ*, quae nisi ex *δὲ* corrupta est, ad superiora referri debet, ubi Eratosthenem *οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον πιστὸν εἶναι* dicit *ἐφ' ὅσον παρεδέξαντό τινες.*

I 21 = 31, 19.

Δείκνυται γάρ τινα σημεῖα καὶ περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη καὶ περὶ τὸν Ἀδρίαν καὶ ἐν ταῖς πρὸ τῆς Τυρρηνίας νήσοις τῆς τῶν Ἀργοναυτῶν πλάνης σημεῖα. Haec postrema *τῆς — σημεῖα* ex margine recepta existimat et asteriscis inclusit Kramerus. Equidem in his nihil reprehendi posse crediderim, locumque voce *σημεῖα* quae initio legitur deleta sanatum puto.

I 33 = 51, 5.

Ὅ τ' Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι τὴν Κλυμένην δοθῆναί φησι Μέροπι. Pro *ἐπὶ* apertum est scribendum esse *ἐν*. In Euripidis versibus quos deinceps apponit scribendum:

καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι
ἕω φαεννὰς ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

Vulgo *φαεννάν*, pro quo libri *φαεννᾶς*. In subiectis verbis *τῇ τε ἠοῖ καὶ τῷ ἡλίῳ* adverte ionicam formam *ἠώς*, qua tribus praeterea locis usus est Strabo lib. 3 p. 166. *πρὸς ἠῶ*, 10 p. 455. *τὴν ἠῶ* et 16 p. 739. *ἀπὸ τῆς ἠοῦς*, quibus locis non ausim communem formam restituere. At *Νηληίδαι* quod libri habent 6 p. 264. non dubium est quin *Νηλεῖδαι* scribendum sit.

I 46 = 69, 21.

Περὶ Σινώπην καὶ τὴν ταύτης παραλίαν καὶ τὴν Προποντίδα πολλὰ τεκμήρια τῆς Ἰάσονος στρατείας. Pro *ταύτης* scribendum *ταύτῃ*. In sequentibus etiam circa Cretam et in Illyrici ora multa esse dicit Iasonis navigationis indicia, *ὧν ἔνια καὶ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, τοτὲ μὲν „Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ' λέγων. „ἄρχμενος ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου αὖτις ἐπ' ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην'. τοτὲ δὲ περὶ Κόλχων λέγων „οἱ μὲν*

ἐπ' Ἰλλυριοῖο πόρου σχάσσαντες ἐρετμὰ λᾶα πάρα ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος ἄστυρον ἐκτίσσαντο'. His Callimachi fragmentis qui medii interpositi sunt versus ἄρχμενος ὡς ἥρωες etc. adeo nullo vel orationis vel sententiae vinculo cum reliquis coniuncti sunt, ut haud cunctanter Kramero assentirer ex margine eos illatos esse suspicanti, si quo consilio a docto aliquo lectore additi essent intellegeretur. Itaque nescio an probabilius habendum sit, inter λέγων et ἄρχμενος excidisse aliquid in hanc sententiam: λέγων [ἐν ἐλεγείᾳ, ἧς ἀρχή] ‚ἄρχμενος etc. Hoc prorsus ex scriptoris nostri consuetudine est, e. c. libro 8 p. 347. καὶ ἡ 'Ραδίνη δέ, εἰς ἣν Στησίχορος ποιῆσαι δοκεῖ, ἧς ἀρχή ‚ἄγε Μοῦσα λίγει' ἄρξον ἀοιδᾶς' ἐντεῦθεν λέγει τοὺς παῖδας. et 10 p. 469. Πίνδαρος ἐν τῷ διθυράμβῳ οὗ ἡ ἀρχή ‚πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτένειά τ' ἀοιδὰ διθυράμβων'. Aptissimum autem hoc esse exordium carminis, quo Argonautarum reditus a poeta celebratus est, negari non potest; sequebatur fortasse Musarum invocatio: Canere incipiens ut heroes a Colchis in Thessaliam redierint, vestrum, Musae, imploro auxilium. Tertii fragmenti versu primo Ἰλλυριοῖο scripsi, quod haud obscure latet in ἰλλυριίω codicis A. vulgo Ἰλλυρικοῖο. Secundo versu pro ὄφιος verissime Bentleius reposuit τάφιον. In fine disputationis de Argonautis et Iasone haec leguntur p. 70, 16. τάδε οὐκ ἀπιθάνως οὐδ' ἀπίστως λέγοντες, ubi εὐπιθάνως scribendum videtur, nisi praeferendum οὔτε πιθανῶς οὔτε ἀπίστως, quod Spengelius coniecit.

I 47 = 72, 16.

Ὁ δὲ Δαμάστῃ χρώμενος μάρτυρι οὐδὲν διαφέρει τοῦ καλοῦντος μάρτυρα τὸν Βεργαῖον ἢ τὸν Μεσσήνιον Εὐήμερον καὶ τοὺς ἄλλους. Verba ἢ τὸν Μεσσήνιον glos-

satoris esse puto nescientis Euemerum Messenium Bergaeum dici ludibrii causa ab Antiphane Bergaeo, strenuo fabulatore, de quo cf. Hist. crit. Comic. p. 340. Monuisse hoc video etiam Bernhardyn Eratosth. p. 22.

I 53 = 80, 16.

Ἔσσεται ἐσσομένοις ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης
ἠιόνα προχέων ἱερὴν εἰς Κύπρον ἵκηται.

Horum versuum primo quod legitur *εὐρυοδίνης* cum nullam habeat analogiam, non dubitandum quin unice verum sit quod Epit. habet, *ἀργυροδίνης*. de quo admonui olim Exercitt. phil. in Athen. Spec. 11 p. 6. Altero versu notabile est verbum *προχέειν* pro eo quod de alluvie solenne est *προσχοῦν*. Hinc id certe discitur, non reiciendum esse substantivum *πρόχωσις* quod optimi libri habent lib. 1 p. 90, 16. et 4 p. 286, 4. et *πρόχωμα* 13 p. 33, 1. quibus locis nunc *πρόσχωσις* et *πρόσχωμα* editur.

I 53 = 81, 10.

Mare omnia aliena in litus eicere dicit; magis quidem id evenire vento flante, verum etiam in malacia ventisque *ἀπογαίοις*, e continenti spirantibus: *οὐδὲν γὰρ ἧττον ἐπὶ γῆν φέρεται τὸ κῦμα ὑπεναντίως τῷ ἀνέμῳ· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ ‚ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην'. καὶ τὸ ‚ἠιόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω'.* Horum exemplorum primo contrarium docetur eius quod docere voluit scriptor, ut facile intellegitur totum locum Il. 4, 425. comparanti; ibi mare zephyro commotum dicitur, qui ventus Ioniae oram habitantibus *ἀπόγαιος* dici non potuit. Neque alterum exemplum Il. 17, 265. habet quidquam, quod Strabonis sententiam illustret. Non dubium igitur mihi videtur, quin hos quoque versus interpolator addiderit.

I 53 = 81, 18.

Ἡ δ' ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν ὥστε νεκρὸν ἢ ξύλον ἢ τὸ κουφότατον, φελλόν, ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβληθῆναι, οὕτω δὲ καὶ τῶν πλησίων αὐτῆς τόπων εἰς τὸ πέλαγος προπεσεῖν ὑποληφθέντων ὑπὸ τοῦ κύματος. Apertum est verbis *εἰς γῆν ἀναβληθῆναι* contrarium dici eius quod dicendum erat: itaque Kramerus (aliorum enim commenta omitto) *ἐκ γῆς* scribendum esse coniecit pro *εἰς γῆν*, quod etsi non reicio, nescio tamen, cum illud *ἐκ γῆς* nullam sententiae vim addat nec omissum desideraretur, nescio igitur an non potius exciderit post *γῆν* participium *ἐκβληθέν*. Praeterea verbum *ἀναβάλλεσθαι*, quod s u r s u m i a c e r e significat, eo hic sensu positum est quo alias nusquam legitur. Fortasse igitur *ἀναληφθῆναι* scribendum est. Sequentia item varie tentata vide an sic corrigi possint: *οὐδ' ὥστε ἐκ τῶν πλησίον αὐτῆς* (an *ἀκτῆς*?) *τόπων· εἰς τὸ πέλαγος προπεσεῖν*. Pro *ἐκ*, quod iam Casaubonus scribendum esse vidit, libri habent *καί*, quarum vocularum frequens in libris permutatio; hinc etiam lib. 4 p. 195 = 306, 23 scribendum est: *ἀλλ' ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων τοῦτο λαμβάνομεν περὶ αὐτῶν καὶ* (libri *ἐκ*) *τῶν μέχρι νῦν συμμενόντων παρὰ τοῖς Γερμανοῖς νομίμων*. Denique postrema verba *ὑποληφθέντων ὑπὸ τοῦ κύματος*, sic intelligi video ut ad *τόπων* relata significent l o c a f l u c t i b u s o b r u t a. At hoc sensu *καταληφθέντων* dicendum erat; quare vereor ne corrigendum sit *ὑποληφθὲν* vel *ὑποληφθέντα ὑπὸ τοῦ κύματος*, f l u c t u u m v i a b l a t a. Nisi forte genitivi ex eo usu explicandi sunt de quo diximus ad lib. 3 p. 147.

I 54 = 82, 4.

Κἂν τοῦ Σαρδωνίου πελάγους βαθύτερον ὑποθώμεθα τὸν Πόντον. Nominis *Σαρδών* duplex forma est, *Σαρ-*

δὼν Σαρδόνος et *Σαρδὼ Σαρδοῦς*. Hinc adiectivi item duplex emergit forma *Σαρδόνιος* et *Σαρδῷος*. at *Σαρδώνιος* vitiosum est et ubique corrigendum. In subiectis verbis *ὅπερ λέγεται τῶν ἀναμετρηθέντων βαθύτατόν που χιλίων ὀργυιῶν*, particula *που* post *χιλίων* traicienda est, quod et ratio postulat et usus scriptoris nostri. at lib. 2 p. 126 = 191, 16. *πλοῦς ἐστι πλειόνων ἢ τρισχιλίων που σταδίων*, delenda est particula: ineptum enim est dici aliquid minus tribus f e r e millibus. Mox commemorat Strabo *ἀναφυσήματα καὶ ἀποιδήσεις τῆς ὑφάλου γῆς*, ubi *ἀνοιδήσεις* scribendum est.

I 66 = 103, 15.

Πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακοὺς καὶ τῶν βαρβάρων ἀστείους, καθάπερ Ἰνδοὺς καὶ Ἀριανούς, ἔτι δὲ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους. Arianos vel maxime barbaros fuisse constat ex ipso Strabone lib. 2 p. 130. *χώρα συχνὴ φαύλως οἰκουμένη διὰ λυπρότητα ὑπ' ἀνθρώπων τελέως βαρβάρων· καλοῦσι δ' Ἀριανούς.* Fortasse igitur Armenios nominaverat scriptor, apud quos multa humanioris vitae indicia deprehenduntur.

II 83 = 126, 29.

Καθάπερ γὰρ ἡ κατὰ μέλος τομὴ τῆς ἄλλως κατὰ μέρος διαφέρει (διότι ἡ μὲν καὶ τὰ μέρη λαμβάνει περιγραφὴν ἔχοντα φυσικὴν ἀρθρώσει τινὶ καὶ τύπῳ σημειώδει, καθ' ὃ δὴ καὶ τοῦτο εἴρηται ‚τὸν δὲ διὰ μελεϊστὶ ταμών', ἡ δ' οὐδὲν ἔχει τοιοῦτον) χρώμεθα δ' οἰκείως ἑκατέρᾳ τὸν καιρὸν καὶ τὴν χρείαν σκοποῦντες, οὕτως ἐπὶ τῶν γεωγραφικῶν etc. Integrum adscripsi locum, ut quam incommode Homerico exemplo tota periodus intercidatur, plane intellegatur; itaque nescio an ex margine illata sint ista. Tum non intellegitur unde suspensi sint dativi *ἀρ-*

θρώσει (sic enim, vel *διαρθρώσει*, recte corrigunt editum *ὀρθώσει*) *καὶ τύπῳ σημειώδει*. Corrigendum igitur *σημειώδη*, id ut ad *περιγραφὴν* referatur. cf. lib. 7 p. 318. *νομίζοντες σημειωδεστέρας ἔσεσθαι τὰς τοιαύτας περιγραφάς*. Illam *κατὰ μέρος καὶ μέλος τομὴν* respicit Schol. Homeri Od. *γ'* 456. *εἰς μέρη καὶ μέρη* (leg. *μέλη*) *διέτμαγον διασχίσαντες τὴν συνάφειαν*. Idem vitium obscuravit locum vexatissimum Dionysii Halic. Comp. verb. 1 p. 13. qui ita scribendus est: *συμβάλλομαί σοι μέλος* (vulgo *μέρος*) *εἰς τὸν ἔρωτα τὴν περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων πραγματείαν* cll. Com. graec. fragm. vol. 4 p. 555.

II 90 = 137, 6.

Θαψάκου Βαβυλὼν ἀνατολικωτέρα οὐ πλείοσιν ἢ χιλίοις σταδίοις. Non satis accurate dicit *οὐ πλείοσιν*. Itaque Spengelius *μικρῷ* scribebat pro *οὐ*. Lenius corrigas *οὐ* [*πολλῷ*] *πλείοσιν*. cf. 2 p. 81. *ὅτι ἡ Βαβυλὼν οὐ πολλῷ πλείοσιν ἢ χιλίοις σταδίοις ἐστὶν ἀνατολικωτέρα τῆς κατὰ Θάψακον διαβάσεως*.

II 94 = 141, 14.

Οὐ γὰρ ὁμοίως ἐπί τε τούτων ἐξεταστέον αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν ἠπειρῶτιν πάλιν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς οὕτω γνωρίμους τόπους. Praeclare Groskurdus *παραλίαν* scribendum esse vidit pro *πάλιν*. Sed *ἠπειρῶτιν* quid faciant viri docti incerti haerent. Hoc certum est requiri aliquid, quod remotis longeque dissitis circa Colchidem et Caspium mare regionibus oppositum sit. Itaque Kramerum probarem *Εὐρώπην* conicientem, nisi *ἠπειρῶτις παραλία* commode de litorali tractu Asiae minoris intellegi posset. *Ἤπειρος* absolute de Asia minore et *ἠπειρῶται* de Asianis dici ex multis constat scriptorum locis, quos collegit Morus ad Isocr. Paneg. 36.

II 99 = 149, 27.

Χρηματιζόμενον κατασκευάσασθαι πλοῖον μέγα καὶ ἐφόλκια δύο λέμβοις ὅμοια, [οἷς] ἐμβιβάσασθαι μουσικὰ παιδισκάρια καὶ ἰατρούς. Narrantur haec de Eudoxo Cyziceno, vano iactatore, Libyam se circumvecturum pollicito. *οἷς* a Kramero additum; at cum *ἐμβιβάζεσθαι* activo sensu non videatur dici posse, videndum ne pro *ἐμβιβάσασθαι* scribendum sit *ἐμβιβάσαι τε.* Ista *μουσικὰ παιδισκάρια* de saltatriculis Gaditanis (Gadibus enim res acta est) intellege, quarum magna illis temporibus celebritas. V. Plinium Epist. 1, 16. Martial. Epigr. 6, 71. Iuvenal. Sat. 11, 162.

II 100 = 150, 27.

Ἐγὼ μὲν οὖν μέχρι [τῆσδε] τῆς περὶ τὸν Εὔδοξον ἱστορίας ἥκω. Pro *τῆσδε,* quod ex coniectura Kramerus intulit, nescio an *δεῦρο* vel *τοῦδε* praestet. Sequuntur statim haec: *ἐκ πάντων δὴ τούτων φησὶ δείκνυσθαι διότι ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται τῷ ὠκεανῷ·*

οὐ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ' ἐς ἀπειρεσίην κέχυται· τό μιν οὔτι μιαίνει.

Quos versus ex quo poeta Posidonius attulerit (huius enim sententiam refert geographus) non indicatum est. Mihi eiusdem auctoris esse videntur, cuius hic perhibetur versus:

ὠκεανός, τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών,

cui quos Posidonius attulit bellissime ad unum fragmentum connecterentur. At ipse ille versus quem auctorem habeat dubitatur. Euphorioni tribuitur ab Achille Tatio, Neoptolemo Pariano ab aliis, de quo in Analectis Alexandr. p. 156 exposuimus, Cyrillo denique a Probo ad Vergil. ed. Keil. p. 42, 19: quem (Oceanum) recte dixerunt

ζωστῆρα τοῦ κόσμου, ut Cyrillus cum ait *ὠκεανός, ᾧ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών*. At Cyrillum poetam quis vel fando audivit? Neque Schneidewino assentiar Choerili nomen Cyrillo isti substituenti. Multo verisimilior Bergkii coniectura Cyrenaeum poetam i. e. Eratosthenem ab eo, quem Probus compilavit, laudatum fuisse existimantis. Quae si vera est coniectura, haud contemnenda accessione locupletari possunt fragmenta Mercurii Eratosthenis; ex hoc enim carmine, si recte Cyrenaeus restitutus est, illum versum ductum esse non est quod dubitari possit. Sed Mercurium Eratosthenis etiam alio loco a Strabone commemoratum esse non vana, opinor, coniectura arbitror. Nimirum lib. 2 p. 104 Polybius contra Eratosthenem disputat, qui Pytheae Massiliensi de itinere suo in Britanniam suscepto narranti fidem habuerit; at nullam mereri fidem Pytheam, qui vel Euemero Messenio inferior habendus sit: *ὁ μέν τοί γε εἰς μίαν χώραν τὴν Παγχαίαν λέγει πλεῦσαι, ὁ δὲ μέχρι τοῦ κόσμου περάτων κατωπτευκέναι τὴν προσάρκτιον τῆς Εὐρώπης πᾶσαν, ἣν οὐδ' ἂν τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι*. In rebus absconditis et mortalium menti imperviis Apollinem fere citare solebant, ut factum est ab Antiphane in Fragm. Com. graec. vol. 3 p. 64. *ταυτὶ δ' ὅ τι ἐστὶν οὐδ' ἂν Ἀπόλλων λέγοι*, vel Ammonis oraculum, ut ipse Strabo 17 p. 790 fecit *πότερος δ' ἦν ὁ τἀλλότρια ὑποβαλλόμενος ἐν Ἄμμωνος εὕροι τις ἄν*. Mercurium vero in tali re memorari prorsus inauditum est; at clara omnia et perspicua, si ad ipsum illud Eratosthenis carmen haec referas, in quo Mercurium poeta induxerat omnem mundi fabricam disertissime explicantem. Simile institutum fuit Varronis Atacini in chorographia, de quo cf. Wernsdorfium Poet. min. vol. 5 p. 1386.

II 118 = 179, 14.

Ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ Ἴβηρας ποτε ὁρᾶσθαι. Iberis qui nullum hic locum esse animadvertit Groskurdus, parum probabili coniectura *καὶ στήλας* scribendum suspicatus est; praeterea critici intellexerunt excidisse hic stellae nomen Canobo vicinae, quae in ora Gaditana cerni potuerit. Hinc lacunam indicarunt post *ὁρᾶσθαι.* Mihi in ipso illo *καὶ Ἴβηρας* stellae istius nomen latere videtur. Fortasse igitur Cabirorum nomen restituendum est, ut scripserit Strabo *κατὰ Γάδειρα Καβείρους ποτὲ ὁρᾶσθαι.* De Cabirorum stella vide Hemsterhusium ad Luciani Dial. deor. 18, 1. quibus adde Polemonem apud Schol. Euripidis Orest. 1632. *τὴν μὲν τοῖν δυοῖν ἀστέροιν ἐπιφάνειαν τῶν Διοσκούρων ἀνωμολογῆσθαι, τὴν δὲ τῶν καλουμένων Ζοβείρων,* quo loco si recte *Καβείρων* scribendum esse monui (v. Bergkii Annal. philol. 1844 p. 13), simul intellegitur, Cabirorum sidus fuisse qui a sidere Dioscurorum distinguerent; ac cum Cabiros in Aegypto cultos fuisse ex Herod. 3, 37. aliisque constet, non incredibile videri potest, astronomos Aegyptios stellae Canopo vicinae ab his nomen imposuisse.

II 120 = 181, 9.

Τρόπον γάρ τινα στοιχείοις χρώμενοι τούτοις τὰ παράλληλα μέρη συνεχόμεθα καὶ τὰς ἄλλας σχέσεις τῶν οἰκήσεων. Vexatissimam vocem *συνεχόμεθα* nondum vidi qui probabiliter emendaret; scribendum videtur *στοχαζόμεθα* vel *σημειούμεθα.* Nam *συνιησόμεθα*, quod Kramerus coniecit, vereor ut propter medii formam, hoc quidem sensu mihi non lectam, probari possit.

II 127 = 193, 16.

Ἡ Ἰβηρία βύρσῃ βοείᾳ παραπλησία, τῶν ὡς ἂν τρα-

χηλιμαίων μερῶν ὑπερπιπτόντων εἰς τὴν συνεχῆ Κελτικήν· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ πρὸς ἕω, καὶ τούτοις ἐναποτέμνεται τὸ πλευρὸν ἑῷον, ὄρος ἡ καλουμένη Πυρήνη. Ita impeditissimum locum ad Groskurdi fere mentem edidit Kramerus; ac sane *ἑῷον*, quod libri omittunt, commendare videntur ea quae leguntur lib. 3 p. 137. *τῇ Πυρήνῃ τῇ ποιούσῃ τὴν ἑῴαν πλευράν*, et ibidem: *τὸ μὲν ἑῷον πλευρὸν τῆς Ἰβηρίας ἡ Πυρήνη ποιεῖ.* Quibus locis Groskurdus sic usus est, ut praeterea *ὃ ποιεῖ* ante *ὄρος* excidisse existimaret; nec negari potest durissime verba *ὄρος ἡ καλουμένη Πυρήνη* coniungi cum praecedentibus, nisi ipsum illud *ὃ ποιεῖ* inseratur. Sunt tamen quae totam hanc rationem convellant. Nam *ἑῷον* eo loco positum quo nunc legitur soloecam reddit orationem; tum vero idoneam cur addatur causam non video, cum proxime praecedat *ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ πρὸς ἕω.* Ex his apertum esse opinor, aliam emendationem corruptis verbis adhibendam esse; nec male scriberetur *τούτοις ἐναποτέμνεται τὸ πλευρὸν τὸ πρὸς τῇ καλουμένῃ Πυρήνῃ.* Sequuntur statim haec: *αὕτη δ' ἐστὶ περίρρυτος τῇ θαλάττῃ* etc. pro quibus quod in peioribus nonnullis libris scriptum est *ἡ δ' ἄλλη πᾶσα περίρρυτος*, manifesto ex coniectura fluxit. Sufficit scribere *ἡ λοιπὴ δ' ἐστὶ περίρρυτος.* Articulum praecedens *Πυρήνη* absorpsit; *λοιπὴ* autem, cum archetypus codex maiusculis exaratus fuerit, proclivi lapsu in *αὐτὴ* corrumpi potuit. De soloecismo quod dicebam, admonet me aliorum Strabonis locorum, ex quibus idem vitium tollendum est; huius generis sunt haec lib. 1 p. 57. *ἀφ' οὗ τὸ γένος Ἴστρον δι' οὗ φέρεται λαβεῖν τὴν προσηγορίαν*, ubi *Ἴστρον* aut deleverim aut, quod praefero, ante *λαβεῖν* transponam. Facilior emendatio 8 p. 360 = 149, 12. *ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀθηνᾶς Νεδουσίας.* At maior rursus dubitatio est de lib. 3 p. 172

=267, 25. *φησὶ δ' ὁ Πολύβιος κρήνην ἐν Γαδείροις εἶναι βαθμῶν ὀλίγων κατάβασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ πότιμον*, ubi omnibus expensis hanc maxime probabilem emendationem esse puto, ut *πότιμον* post *κρήνην* vel post *εἶναι* traiciatur, quod propter sententiam fere necessarium est.

III 138 = 210, 7.

Ἡρακλέους δ' οὐθ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι — οὔτε βωμόν, οὔτ' ἄλλου τῶν θεῶν. Ita haec recte edidit Kramerus, nisi quod praeterea *οὐδ' ἄλλου* scribendum est. In sequentibus verum vidisse existimo Coraen, qui *σπονδοποιησαμένων* pro *ψευδοποιησαμένων* coniecit aptissime. Docent hoc quae proxime inferuntur *θύειν δ' οὐκ εἶναι νόμιμον*, ubi vides *τὸ θύειν* opponi libationi, cui rite faciundae etiam aquam secum eo ferebant: *εἶτ' ἐπιβάλλειν ἡμέρας ὕδωρ ἐπιφερομένους διὰ τὴν ἀνυδρίαν*, quibus in verbis pro *ἐπιβάλλειν* fortasse *ἐπιβαίνειν* scribendum, quo scriptor de eadem re et in superioribus utitur et in sequentibus. In proximis verbis *μείζω δύνειν τὸν ἥλιον — καὶ μετὰ ψόφου παραπλησίως ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ σβέσιν αὐτοῦ, διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθόν*, in his igitur postrema suspecta habeo eidemque glossatori tribuenda puto, qui lib. 3 p. 145=222, 12 verbis *τὸ δὲ πλῆθος (τῶν ναυκληρίων τῶν παρὰ Τουρδητανοῖς) μικροῦ δεῖν ἐνάμιλλον τοῖς Λιβυκοῖς*, bellissimum subiecit epiphonema *ἐκπολλαπλασίασις*, quo rem a Strabone in maius auctam esse Byzantinus magistellus indicare voluit, vel qui lib. 3 p. 148=[illegible], 10 post *ὅσα δὴ ἄλλα εἴρηκε Πυθέᾳ πιστεύσας* intulit ineptissime *διὰ τὴν ἀλαζονείαν*. Neque ex alio fonte fluxit simillimum additamentum lib. 6 p. 262=417, 19 *ὡς τοῦ τόπου πρὸς ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντός τι φορόν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀθλητῶν*, quorum postrema sensu plane destituta sunt.

Hinc magna oritur suspicio, etiam lib. 7 p. 320 = 55, 25 *διὰ τὴν βίαν τοῦ συνελαύνοντος ῥοῦ καὶ τὴν στενότητα τῶν κόλπων, ὥστε καὶ χερσὶν ἁλίσκεσθαι διὰ τὴν στενοχωρίαν*, ultima verba *διὰ τὴν στενοχωρίαν*, quamvis aliquo modo ferenda, ab interpolatore adiecta esse.

III 139 = 212, 17.

Iberos habere docet *τῆς παλαιᾶς μνήμης συγγράμματα καὶ ποιήματα καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων ἐτῶν*. Duo postrema verba ferenda putarem, si legerentur inter *παλαιᾶς μνήμης* et *συγγράμματα*. Quamquam quis credat tanta antiquitate Iberos gloriatos esse? at scribendum sine dubio *ἑξακισχιλίων ἐπῶν*, id quod iam Palmerius coniecit.

III 143 = 220, 13.

Καὶ αἱ σύρροιαι δὲ ὡσαύτως ὠφελοῦσι κατὰ τὰς ἐπὶ πολὺ πλήμας διειργομένας ὑπὸ τῶν διειργόντων ἰσθμῶν τοὺς πόρους καὶ πλωτοὺς ἀπεργαζομένας. Corruptissimum locum recentioris memoriae critici ita sibi restituere visi sunt, ut verba *διειργομένας ὑπὸ* eicienda putarent. At non intellegitur quo consilio addita sint; itaque emendandum puto *διαχεομένας ἐπὶ τῶν διειργόντων ἰσθμῶν τοὺς πόρους*, eadem verborum positione qua passim utitur noster, ut 5 p. 216 *τῶν Ῥωμαίων αἱ ἐποικίαι*, multisque aliis locis. Praeterea linguae lex postulat ut scribatur *καὶ τούτους πλωτοὺς* vel *καὶ πλωτοὺς αὐτοὺς ἀπεργαζομένας*. At cum libri non *πλωτοὺς* habeant sed *πλωτόν*, idque erranti librario vix debeatur, scribendum potius videtur *καὶ πλωτὸν [τὸ πεδίον] ἀπεργαζομένας*. Cf. p. 152 = 234, 4. de eadem re *ὥστε πελαγίζειν (τὰς ἀναχύσεις) καὶ ποιεῖν πλωτὸν τὸ πεδίον*. Paullo post (l. 17) scribendum *ἔχουσα τὸν πλοῦν [τόν τε] μέχρι τῶν στη-*

λῶν ἀγαθὸν — καὶ τὸν πελάγιον, de quo monuit Bekkerus.

III 144 = 221, 8.

Καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς γῆς. Quamquam rectissime dici scio *γῆ Σινωπική*, hic tamen, cum *μίλτος* praecedat, *γῆς* delendum videtur. Quae paulo post leguntur *καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο, νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον τῶν Κοραξῶν*, in iis *κοραξῶν* scribendum; non gentis enim nomen est, sed *κοραξὰ ἔρια* genus quoddam lanae dicebatur praestantissimae. Cf. Dindorf. in Thes. v. *Κοραξός*. Verbo *ἔρχεσθαι* de mercibus similiter usus est Callimachus Anth. Pal. 13, 9. *ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου ἀμφορεύς*. Quae ex carmine ducta sunt, in quo poeta mercaturam et commercia Alexandriana celebraverat. Item *ἐξέρχεσθαι* apud Theophrastum de lap. p. 216 et *φοιτᾶν* apud Strabon. 17 p. 456.

III 144 = 221, 17.

Ἄφθονος δὲ καὶ βοσκημάτων ἀφθονία παντοίων καὶ κυνηγεσίων. Nimis profecto inepta est ista *ἄφθονος ἀφθονία*, quam in *ἄπονον* Coraes, ego aliquando in *ἄφατον* mutandam putavi. Nunc potius *ἀφθονίαν* corruptum puto, pro quo vide an *εὐπορίαν* vel *εὐθηνίαν* scribendum sit. Nisi forte praestat *ἀφθονία δὲ καὶ βοσκημάτων παντοίων*, ut fere habet Epitome. Tum legitur *καθ' ὅλην τὴν Ἰβηρίαν σχεδόν.* Addendum *τι* post *σχεδόν* ex constanti usu scriptoris nostri, qui cum centies dixerit *σχεδόν τι**), non dubitandum est quin paucis locis,

*) Huic dicendi generi, ut tritum *ὁμοῦ τι* omittam, simile est *οὕτω τι* apud Philostratum V. Soph. 3, 4. et ni fallit memoria aliquoties apud Cassium Dionem; item *ἤδη τι* apud Antiphanem Athenaei 1 p. 8 e. et Machonem ibid. 13 p. 583 d. ubi *Πύθων, φησ', ἐπεὶ ἤδη τι τῶν ὑῶν διάμεστος ἐγένετο* legendum videri, alio loco monuimus.

in quibus *σχεδόν* legitur, eadem forma restituenda sit. Et hic quidem *τί* ante sequens *διατείνει* facile excidere potuit.

III 145 = 223, 10.

Πλήρη τὴν παραλίαν [βαλάνου] εἶναι τήν τε ἐντὸς καὶ τὴν ἐκτὸς στηλῶν· ἡ δ' ἐντὸς ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὑρίσκεται. Parum accurate haec dicta sunt, cum in praecedentibus *τὴν ἐντὸς* et *τὴν ἐκτὸς παραλίαν* distinxerit; quocirca nemo non ad *ἡ δ' ἐντὸς* aliud quid quam *παραλίαν* intellexerit. Strabo opinor scripserat *ἡ δ' [ἐν τῇ] ἐντὸς* (vel *ἐν τῇ δ' ἐντὸς*) *ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον.* Gravius vitium sequentia corrupit: *λέγει δ' ὁ Πολύβιος καὶ μέχρι τῆς Λατίνης ἐκπέμπειν τὴν βάλανον ταύτην.* Quis enim est ille *ἐκπέμπων*? neque enim Iberi intelligi possunt, quorum nulla in praecedentibus memoria. Itaque ad grammaticam rationem praestaret *ἐκπέμπεσθαι*, nisi de exportandis glandibus hic omnino sermo esse non possit. Scribendum potius *ἐκπίπτειν*, quod proprium esse verbum constat de rebus quae ex mari in litus eiciuntur.

III 145 = 222, 19.

Mirationem facere potest quod *αἱ πλημμυρίδες καὶ ἀμπώτεις* hanc vim habere dicuntur, ut conchae et ostrea iis augeri dicantur, idque *διὰ τὴν γυμνασίαν*, quorum in locum Coraes *διὰ τὴν λιμνασίαν* substituit. At recte legi *γυμνασίαν* ostendit Galenus ed. Kuhn. vol. 6 p. 709. *κατὰ γὰρ σιωπηλὴν καὶ ἀκύμονα (θάλατταν) χείρων ἡ σὰρξ γίνεται τῶν ἰχθύων ὅσῳ καὶ ἀγυμναστοτέρα.*

III 145 = 223, 17.

De thynno quercu marina victitante ex Polybio: *εἶναί τε παρὰ θαλάττιον ὗν τὸ ζῷον τοῦτο.* Pro *παρὰ*

aut *ὥσπερ* scribendum videtur aut *καθάπερ*. Polybius apud Athenaeum 7 p. 302 d. loco iam ab aliis laudato: *εἰσὶ γὰρ οἱ θύννοι οἷον ὕες ἀπὸ τῶν βαλάνων αὐξανόμενοι*. Quibus uti licebit ad ea quae apud Strabonem proxime sequuntur: *πιαίνεσθαι διαφερόντως ὑπ' αὐτῆς*, ubi *ἀπ' αὐτῆς* reponendum. Idem vitium lib. 4 p. 182 = 283, 4 *τρέφεται δὲ ὑπὸ τῆς ἰλύος*, aliisque locis tollendum restat.

III 147 = 226, 2.

Posidonius postquam subterraneas Hispanorum divitias magnificis laudibus prosecutus est, hoc usus erat epiphonemate: *παρ' ἐκείνοις ὡς ἀληθῶς τὸν ὑποχθόνιον τόπον οὐχ ὁ Ἅιδης ἀλλ' ὁ Πλούτων κατοικεῖ*. Quibus haec subicit scriptor: *τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν ὡραίῳ σχήματι εἴρηκε περὶ τούτων, ὡς ἂν ἐκ μετάλλου καὶ αὐτὸς πολλῷ χρώμενος τῷ λόγῳ*. Haec postrema de longo sermone, quo Posidonius usus fuerit in [illegible]scribendis fodinarum illarum virtutibus, intellegi vid[illegible]ua interpretatione nihil fingi potest a mente scriptoris magis alienum. Et quorsum illa *ὡς ἂν ἐκ μετάλλου καὶ αὐτὸς* adiecta dicamus? quae si istam sequaris interpretandi viam, aut nihil significant aut immeritam metalleutis loquacitatis notam adspergunt; ego vero hoc hominum genus minime omnium garrulitate molestum esse, ipse olim in dulci iuventa multum cum metalleutis versatus expertus sum. Non dubitandum igitur quin vitium ista scriptoris verba traxerint hoc vel simili modo procurandum: *ὡς ἂν ἐκ μετάλλου καὶ αὐτὸς πολλῷ χρώμενος (τῷ) πλούτῳ*, quasi qui et ipse magnas ex fodinis collegisset divitias. In sequentibus Demetrii Phalerei dictum de metallurgis fodinarum atticarum apponit: *οὕτω συντόνως ὀρύττειν τοὺς ἀνθρώπους ὡς ἂν προσδοκῶντας αὐτὸν ἀνάξειν τὸν*

Πλούτωνα. Revocanda sine dubio librorum scriptura *προσδοκώντων*, quam tuentur similis structurae exempla haud pauca, lib. 1 p. 44 = 66, 14. *ὑπερβολῆς τῆς τοιαύτης συνήθους πᾶσιν οὔσης, τρισμακαρίους καὶ τρισαθλίους λεγόντων.* lib. 7 p. 311 = 40, 14. *μὴ διδόντων δ' αὐτοῖς πολεμοῦσιν.* lib. 8 p. 369 = 171, 6. *ποσαχῶς λέγεται παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ Ἄργος καθ' αὑτὸ καὶ μετὰ τοῦ ἐπιθέτου, Ἀχαιικὸν Ἄργος καλοῦντος ἢ Ἴασον.* lib. 9 p. 422 = 277, 3. *σύριγγας δὲ τὴν ἔκλειψιν, μιμουμένων ὡς ἂν καταστρέφοντος ἐσχάτους τινὰς συριγμούς.* Sic enim haec scribenda esse suo loco docebitur. Porro lib. 9, p. 424 = 283, 1. *τὰ στενὰ τὰ περὶ τοὺς Παραποταμίους — περιμάχητα ὑπῆρξεν ἐν τῷ Φωκικῷ πολέμῳ, μίαν ταύτην ἐχόντων ἐμβολήν,* et 16 p. 787 = 348, 16. *καὶ τοὺς μὲν τὰ ἐν πολέμῳ τοὺς δ' ὅσα ἐν εἰρήνῃ, γῆν τε καὶ τέχνας ἐργαζομένων.* Ita enim recte libri pro *ἐργαζομένους.* Consulto aliorum scriptorum exempla praetereo, velut illud nescio cuius poetae in Anthologia Palatina *ταῦτα λέγοντος ἔκλαυσε,* vel hoc Aristotelis de An. 2, 4. *τὴν αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς κάτω ῥιζουμένων,* ne Homerum commemorem et poetas scenicos. Ad Strabonem ut redeam, graviter rursus corrupta sunt quae proxime superioribus infert scriptor: *καὶ τούτων οὖν* (metallurgorum Hispanicorum) *ἐμφανίζει παραπλησίαν τὴν σπουδὴν καὶ τὴν φιλεργίαν, σκολιὰς τεμνόντων καὶ βαθείας τὰς σύριγγας, καὶ πρὸς τοὺς ἐν αὐταῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς πολλάκις τοῖς Αἰγυπτίοις ἀναντλούντων κοχλίαις. τὸν δόλον οὐ ταὐτὸν εἶναι τούτοις που καὶ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν αἰνίγματι ἐοικέναι τὴν μεταλλείαν κτλ.* Ante *παραπλησίαν*, ut a levioribus ordiar, cod. A inserit *καί*, quod etsi non impedio quin deleatur, licebit tamen suspicari aliquid post *ἐμφανίζειν* excidisse, e. c. *ἐμφανίζει* [*ἴσην*] *καὶ παραπλησίαν τὴν*

σπουδήν, de quorum vocabulorum coniunctione v. Lobeckii Paral. p. 62. et quae ipse composui in Exercitt. phil. ad Athen. Spec. 1. p. 4. Difficilius dictu est quid verbis *τὸν δόλον* faciendum sit. Mitto Casauboni commenta, quibus iure nihil tribuit Kramerus, qui ipse *τὸ λοιπὸν* a Strabone scriptum fuisse conicit. Scaliger *τὸ δ' ὅλον* scribebat, qua dicendi formula Strabonem usum esse non memini. Strabo *καθόλου* dicere solet*). Mihi, ut breviter dicam; *τὸν δόλον* vel quidquid in corrupta voce latet cum praecedentibus coniungendum videtur, ut nova sententia incipiat a proximis, ita leniter corrigendis. *οὐ ταὐτὸ δ' εἶναι.* Sed de his postea; de *τὸν δόλον* autem sic statuo, ut latere credam accusativum ab *ἀναντλούντων* suspensum: neque enim *ἀναντλεῖν* per se dici potest pro *ὕδωρ ἀναντλεῖν*. Idque vidit etiam Coraes, qui eam ob causam praepositionem *πρός* deleri voluit. Sed haec ratio non magis probari potest quam ea quam Casaubonus instituit, qui *πρός* adverbialiter intellexit pro *προσέτι*, quod hic quidem per linguae leges facere non licet. Quae cum ita sint, vide an sic potius scribendum sit *τοῖς Αἰγυπτίοις ἀναντλούντων κοχλίαις τὸν θολόν.* Iam praepositio suam vim habet: ne rivi in fossis et cuniculis colligerentur, sordidas aquas exhauriebant. Cf. Strabo lib. 12 p. 579. *διατελοῦσι δὲ προσέχοντες τοῖς πάθεσι τῆς γῆς καὶ ἀρχιτεκτονοῦντες πρὸς αὐτά*, et 14 p. 684. *μικρὰ ἐπωφελεῖν πρὸς τοῦτο* (ad hoc malum declinandum) *τὰ μέταλλα*. Nec postrema eorum quae adscripsi persanata sunt; ad *ταὐτὸ* enim desidero nomen substantivum, latetque hoc, ni fallit coniectura, in *π ο τ ε*, quod

---

*) Alii id *τὸ καθόλου* dixere. Rarissimum est *ἐν τῷ καθόλου*, quo usus est Schol. Pindari Ol. 11, 106. et Athen. 1 p. 29 c. ubi recte Casaubonus.

optimi libri habent pro *που*, cuius nullus hic locus est. Scribendum videtur: *οὐ ταὐτὸ δ' εἶναι τούτοις τὸ τέ[λος] καὶ τοῖς Ἀττικοῖς*, ut non eundem Hispanis et Atheniensibus metallorum eventum esse dicat. Pergit geographus ita: *ἀλλ' ἐκείνοις μὲν* (Atheniensibus) *αἰνίγματι ἐοικέναι τὴν μεταλλείαν (ὅσα μὲν γὰρ ἀνέλαβον, φησίν, οὐκ ἔλαβον, ὅσα δὲ εἶχον ἀπέβαλον), τούτοις δ' ὑπεράγαν λυσιτελεῖν, τοῖς μὲν χαλκουργοῖς τέταρτον μέρος ἐξάγουσι τῆς γῆς τὸν χαλκόν, τῶν δ' ἀργυρευόντων τισὶν ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον ἐξαίρουσιν.* Adscripsi haec ut mihi legenda videntur. Pro *λυσιτελεῖν* libri *λυσιτελῆ*, in quo durissima est verbi *εἶναι* ellipsis. Porro restituta librorum scriptura, *τισίν* scripsi pro *τῶν*, quod egregie confirmat qui rem iisdem fere quibus Strabo verbis usus est narrat Diodorus Sicel. 5, 36. *οἱ μὲν ἐργαζόμενοι τὸ τέταρτον μέρος χαλκοῦ καθαροῦ ἐκ τῆς ὀρυττομένης γῆς λαμβάνουσι, τῶν δὲ ἀργυρευόντων τινὲς ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν ἐξαίρουσι τάλαντον.* Kramerus ex coniectura scripsit *τοῖς δὲ ἀργυρεύουσι τῶν ἰδιωτῶν*, quod aliquanto plus est quam Posidonius dicere voluit. Non omnibus enim privatis hominibus, qui argenti metalla exercebant, triduo talentum obtigisse dicendum erat, sed aliquibus. Denique in Demetrii dicto de fodinis Laureoticis *ἀνέλαβον* haud iniuria suspectavit Kramerus; nec tamen pro eo *ἔλαβον* scripserim, sed *ἔμελλον*, ut est apud Athen. 6 p. 233 e. *πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανερὰ ἃ μὲν ἔμελλον οὐκ ἔλαβον, ἃ δ' εἶχον ἀπέβαλον, ὥσπερ αἰνίγματος τρόπον ἀτυχοῦντες.* Quae mihi genuina nobilissimi dicti conformatio videtur. Atque idem illud *ἔμελλον* non obscure expressit Diodorus Siceliota l. l. *μεγάλας προϊέμενοι δαπάνας ἃ μὲν ἤλπισαν ἐνίοτε λαβεῖν οὐκ ἔλαβον, ἃ δὲ εἶχον ἀπέβαλον.*

III 147 = 227, 9.

Τὴν δὲ (γῆν) σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας πλύνειν ἐν ἠθητηρίοις πλεκτοῖς ἐπὶ κίστην. Recte quidem Toupius interpretatur in modum cistae. At hoc sensu non *ἐπὶ* dicitur sed *εἰς*; idque reponendum. Cf. Ruhnken. Opusc. vol. 2 p. 513 Fr. Cistam ex viminibus plexam memorat Ovidius Met. 2, 454. clauserat Actaeo texta de vimine cista. Cf. Hesychius, *Κίστη: ἀγγεῖον πλεκτόν.*

III 148 = 227, 22.

Ἔστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, οὐ μέντοι δημόσια, οὔτε δὴ ἐνταῦθα (apud Carthaginem novam) *οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ἀλλ' εἰς ἰδιωτικὰς μετέστασαν κτήσεις.* In his *δή*, pro quo libri *δέ* habent, aut omittendum, ut voluit Coraes, aut post alterum *οὔτε* transponendum est, ut legitur lib. 11 p. 497. aliisque locis. Praeterea nescio qua lege formatum sit *μετέστασαν*: nec sufficit scribere *μετέστησαν*, cum nunquam Strabo neutra cum verbo plurali coniungat; cuius rei non memores fuere qui lib. 3 p. 269, 2. *συνεξαίρονται* scripsere, vel 5 p. 358, 17. *ὅρια εἰσί*, ubi libri *ἐστί*. Idem error tollendus ex 8 p. 194, 18. ubi legitur *τἆλλα ἐγένοντο*, et 3 p. 248, 8. *τρία πολίχνια Μασσαλιωτῶν εἰσι*, paucisque aliis locis, quibus eximendus tamen is qui legitur lib. 16 p. 776. *περίκεινται τοῖς τραχήλοις κογχία*; quae dicta sunt ut haec apud Dionysium AR. 2, 19. *τύπους τοῖς στήθεσι περικείμενοι.* Nec aoristo in Strabonis verbis locus est. Scribendum igitur *εἰς ἰδιωτικὰς μεθέστηκε κτήσεις*, cuius scripturae vestigia supersunt in libris, qui *ἐκτίσεις* habent pro *κτήσεις*. Nisi malis *εἰς ἰδιώτας μεθεστᾶσιν αἱ κτήσεις.*

III 148 = 228, 20.

Varias hoc loco de Tartessi situ opiniones exponit

scriptor, ac cum dixisset esse qui eam in insula, quam duo Baetis ostia efficiunt, sitam fuisse contendant, in hunc modum pergit: *καὶ Ἐρατοσθένης δὲ τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσίδα καλεῖσθαί φησι.* Ubi mihi quidem parum recte *καὶ Ἐρατοσθένης δὲ* dictum videtur, quibus particulis cum non oppositionem sed continuationem indicari constet, nullus hic locus est. Itaque aut *καὶ* delendum aut aliquid excidisse statuendum est in hanc ferme sententiam: *ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηίαν προσαγορεύουσι,* quae verba cum infra legantur p. 151 = 232, 21. loco prorsus importuno, videndum est ne in hunc locum, ubi aptissime legerentur, transferenda sint. Carteia enim Calpae monti vicina erat.

III 149 = 229, 19.

Ἡ δὲ νὺξ ὅτι δύσφημον καὶ τῷ Ἅιδῃ πλησιάζον, ὁ δὲ Ἅιδης τῷ Ταρτάρῳ, εἰκάζοι τις ἂν etc. Ita haec conformanda esse, abiecto quae post *πλησιάζον* legitur voce *δῆλον,* vidit Bekkerus.

III 150 = 230, 26.

Συνέβη δὴ τοῖς περιλειφθεῖσιν ἀπελθοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων, κατὰ λῃστείας τρέπεσθαι καὶ τοῖς Ἕλλησι, τοῖς μὲν διὰ τὸ ἐκπεπορθῆσθαι, τοῖς δὲ διὰ τὴν αἰσχύνην. In his *οἱ περιλειφθέντες* sunt cum Graeci tum Troiani, unde intellegitur aut etiam Troianos nominandos fuisse, aut verba *καὶ τοῖς Ἕλλησι* a glossatore adiecta esse. Etiam in iis quae statim inferuntur, verba *καὶ Ὀδυσσέως* a glossatore profecta et in marginem reicienda sunt, quae ratio haud paullo probabilior est ea quam Coraes instituit, cui *καὶ Μενεσθέως* scribendum videbatur. Ab eadem manu p. 231, 28. illatam suspicor vocem *στρατείαν* in verbis *ἐπὶ τὰ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων τὰ χρύσεια ὡσαύ-*

τως στρατείαν, ubi praeterea χρύσεα scribendum. Hac enim forma passim utuntur scriptores inferioris aetatis, ut ipse Strabo 7 p. 239, 3. et quos Lobeckius ad Phryn. p. 207 laudat, non item altera χρύσειος.

III 151 = 232, 11.

Ὑπολάβοι δ' ἄν τις ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ μακραίωνας ὀνομασθῆναι τοὺς ἐνθάδε ἀνθρώπους. Corrigendum opinor νομισθῆναι. In sequentibus iterum glossatoris additamentum satis inficetum notamus; appositis enim Anacreontis versibus de Arganthonio, longaevo rege Tartessiorum, ita pergitur: ἢ γὰρ οὕτω δέξαιτ' ἄν τις ἢ ἴσον τούτῳ τοῦ Ἀνακρέοντος, ἢ κοινότερον οὔτε (leg. οὕτω) Ταρτησσοῦ πολὺν χρόνον βασιλεῦσαι. ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηίαν προσαγορεύουσιν. Haec postrema de Tartessi situ ita tantum hoc loco ferri possunt, si totum hoc ab aliena manu accessisse statuas; cetera autem quae ad versuum Anacreonteorum interpretationem afferuntur, in quibus δέξαιτ' ἄν τις τὸ Ἀνακρέοντος ἴσον τούτῳ corrigunt, adeo sunt inficeta et male cogitata, ut Strabone prorsus indigna habenda sint.

III 151 = 233, 17.

Καθ' ἣν ὑδρεύονται εἴ που λακκαῖα ὕδατα. In libris corruptissima ειπον λακεια scriptum est; ὕδατα Kramerus addit, quo tamen, modo cetera recte emendata sunt, carere licet; ita κρῆναι λιαροῦ dixit Strabo 7 p. 316. Hic autem omissio substantivi eo minus habet offensionis, cum ὑδρεύονται praecedat. Sed de tota emendatione dubito; vix enim nautas adeo fastidiosos esse crediderim, ut aquarum penuria laborantes fontanos latices vel fluviales aquas aspernentur. In sequentibus p. 234, 3. γίνωνται scripserim pro γένωνται.

III 152 = 234, 15.

Τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλεύροις ἐπετείχισε τὴν Ὀλυσιπῶνα, ὡς ἂν ἔχοι τοὺς ἀνάπλους ἐλευθέρους καὶ τὰς ἀνακομιδὰς τῶν ἐπιτηδείων, ὥστε καὶ τῶν περὶ τὸν Τάγον πόλεων αὗται κράτισται. *Ὀλυσιπῶνα* ingeniosa est Krameri coniectura; libri enim *ολοσιν.* Sed quum *ὡς ἂν* sic positum a Strabonis usu sit remotissimum, nescio an ita potius corrigendum sit *τὴν ΟΛΟCΙΠΩΝΑ ΙΝ ἜΧΟΙ*, quod non ita multum distat a librorum scriptura *ΟΛΟCΙΝΩCΑΝΕΧΟΙ.* Nam *Ὀλυσιπών* scribatur an *Ὀλοσιπών* perinde est. Fatendum tamen hic omnia esse incerta: nam *πλεύροις*, quod *πλευροῖς* scribendum, et *ἐπετείχισε* ex Casauboni demum correctione receptum est pro *πλίθροις* et *ἐπεχείρησε.* At quis unquam *πλευρά* de uno fluminis latere dixit? itaque certe *τοῖς δὲ* [*δεξιοῖς*] *τοῦ ποταμοῦ πλευροῖς* scribendum est, si de Olysipone Strabonem locutum esse volumus. Praeterea huius urbis memoriam non hic demum, sed supra, ubi de Tagi ostiis dixit, expectes. His caussis adducor, ut aliam urbem hic commemoratam fuisse credam, quae qualis fuerit in aeternum fortasse latebit, cum manca sit nostra et imperfecta Lusitaniae cognitio. Ipsa illa *Μόρων* civitas, quam in sequentibus scriptor memorat, a nemine praeterea memoratur. Itaque si ludere fas est, ad librorum ductus, *τὴν ολοσιν ὡς ἂν ἔχοι*, commodissimum fuerit *τὴν Ὀλοσινῶσαν* [*ἵν'*] *ἔχοι* corrigere, eadem nominis forma, quam habet *Τολῶσα Δερτῶσα* et alia. Si tamen recte Olysiponis nomen restitutum est, pro *πλίθροις* conicere possis Strabonem *κλείθροις* scripsisse, quibus Brutus Tagi ostia clauserit, et quorum fortasse iam supra scriptor p. 233, 15. ubi recte viri docti lacunam esse statuunt, mentionem fecerat. In postrema loci supra adscripti parte paulo durior est post *ὥστε* verbi omissio, ut lib. 1 p. 63. *ὥστε*

τὰ ἐπέκεινα οὐκ οἰκήσιμα, paucisque aliis locis. At nescio quorsum spectet particula καί, quae aut delenda est*), aut scribendum ὥστ' εἰσίν.

III 152 = 235, 4.

Οἱ δὲ ὑπερκείμενοι τῶν λεχθέντων ὀρῶν 'Ωρητανοὶ μέν εἰσι νοτιώτατοι. Nescio quos montes dicat, quorum nulla in superioribus memoria. Scribendum igitur μερῶν pro ὀρῶν. Eadem correctio adhibenda p. 167 = 259, 17. συνάπτει δὲ τούτοις τὰ προσάρκτια ὄρη, et 7 p. 290 = 3, 16. οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτό γε ὕψος ἀνίσχει τὰ ταύτῃ ὄρη, paucisque aliis locis. Mox corrige Καρπητανοὶ δέ pro τε, et in sequentibus οὗτοι παρέσχον pro αὐτοί.

III 152 = 236, 1.

'Υπεναντίως δὲ τοῖς νῦν ἔνιοι καὶ τούτους Λυσιτανοὺς ὀνομάζουσιν. Scribendum videtur τανῦν pro τοῖς νῦν. Coraes τῶν νῦν, quod minus placet.

III 153 = 236, 9.

Ἧι δὴ καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν ὁ Ποσειδώνιος αἰτιᾶσθαι τὴν παραλίαν καὶ τὴν Μαυρουσίαν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων· παλιρροεῖν γὰρ φάναι τὴν θάλατταν διὰ τὸ τὰς ἄκρας ὑψηλάς τε καὶ τραχείας εἶναι, δεχομένας τε τὸ κῦμα σκληρῶς καὶ ἀνταποδιδούσας τῇ 'Ιβηρίᾳ· τἀναντία γὰρ θινώδεις εἶναι καὶ ταπεινὰς τὰς πλείστας, ὀρθῶς λέγων. Cum neque τῇ 'Ιβηρίᾳ habeat quo referatur, neque verba τὴν παραλίαν καὶ τὴν Μαυρουσίαν sic scripta ullo modo ferri possint, in-

---

*) Delenda item p. 237, 10. Ποσειδώνιος δὲ ἐκ Καντάβρων καὶ αὐτὸν (Μίνιον) ῥεῖν φησί. Nullus enim in praecedentibus memoratur amnis e Cantabricis montibus effusus.

geniose Kramerus *τῆς Ἰβηρίας* corrigendum idque post *τὴν παραλίαν* transponendum esse coniecit, simul *καὶ τῆς Μαυρουσίας* pro *καὶ τὴν Μαυρουσίαν* a Strabone scriptum esse existimans in hunc modum: *αἰτιᾶσθαι τὴν παραλίαν τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Μαυρουσίας τῶν πλημμυρίδων.* Ita si haec in codicibus scripta reperirentur, haud sane improbanda essent; ut nunc res est, dubitare licebit, num Aristoteles, ubi suam de fluxu refluxuque maris doctrinam explicabat, speciatim de Iberia et Mauritania locutus fuerit. Videtur is potius in universum ea de re quaesivisse et in hanc sententiam disputasse, ut caussam rei a litorum altitudiue et asperitate repeteret. Id Posidonius Iberici litoris natura refutari dixerat, cuius maximam partem humilem esse et arenosam. Itaque nescio an *καὶ τὴν Μαυρουσίαν* ab interpolatore additum, *τῇ Ἰβηρίᾳ* autem loco suo motum et post *τἀναντία γάρ* transponendum sit. Praeterea pro *ἄκρας* scribendum videtur *ἀκτάς*. Ceterum quo loco Aristoteles his de rebus disseruerit incertum est; at non dissimilia sunt quae de maris *ταλαντώσει* scripsit Meteorol. II, 1. *ῥέουσα δ' ἡ θάλαττα φαίνεται κατὰ τὰς στενότητας, εἴπου διὰ τὴν περιέχουσαν γῆν εἰς μικρὸν ἐκ μεγάλου συνάγεται πελάγους, διὰ τὸ ταλαντεύεσθαι δεῦρο κἀκεῖσε πολλάκις· τοῦτο δ' ἐν μὲν πολλῷ πλήθει θαλάττης ἄδηλον, ᾗ δὲ διὰ τὴν στενότητα τῆς γῆς ὀλίγον ἐπέχει τόπον, ἀναγκαῖον τὴν ἐν τῷ πελάγει μικρὰν ταλάντωσιν ἐκεῖ φαίνεσθαι μεγάλην.* In quibus *ταλάντωσιν* de fluxu refluxuque maris non recte interpretari videtur Idelerus.

III 153 = 237, 20.

Περιοικοῦσι δ' αὐτὴν Κελτικοί. Ante *Κελτικοί* excidisse videtur *καί.* Nisi forte pro *αὐτὴν* scribendum *αὐτοῖς* et *παροικοῦσι* pro *περιοικοῦσι*, cui rationi favent se-

quentia, ubi narratur Celticos et Turdulos e patriis ad Anam amnem sedibus profectos, cum post Limaeae transgressum inter se dissedissent, *καταμεῖναι σκεδασθέντας αὐτόθι.* Non igitur circa Nerium promontorium sedes suas fixerunt, sed trans Limaeam, h. e. inter Limaeam et Artabros. Vix recte igitur dici potuerunt circa Nerium habitare, quae Artabrorum sedes erat. Quae his subicit scriptor, *ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Λήθης ἀγορευθῆναι,* in iis *προσαγορευθῆναι* scribendum est, non *ἀναγορευθῆναι,* ut parum apte coniecit Coraes.

III 154 = 239, 4.

Ἐνίους δὲ Λακωνικῶς διάγειν, ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων. Voculam *δίς*, quam alii aliter emendare conati sunt, Kramerus autem ex literis quae proxime praecedunt male repetitis ortam statuit, equidem ex *ἰδίοις* corruptam esse eoque singularem quandam balneorum istorum rationem indicari putabam. Sed fortasse nihil mutandum et *δίς* ita intellegendum ac si *δὶς τῆς ἡμέρας* dixisset. Ita certe locutus est Apollonius Rhodius Arg. 4, 1644. *τρὶς περὶ χαλκείοις Κρήτην ποσὶ δινεύοντα.* Sequitur statim *καθαρίως καὶ λιτῶς,* quod *καθαρείως* scribendum. Haec enim vera nominis forma est, ut recte monuit Cobetus ad Orat. adit. p. 126.

III 154 = 239, 11.

Εἶθ' ὅταν πληγῇ τὰ σπλάγχνα ὑπὸ τοῦ ἱεροσκόπου, μαντεύονται πρῶτον ἐκ τοῦ πτώματος· τῶν δ' ἁλόντων τὰς χεῖρας ἀποκόπτοντες τὰς δεξιὰς ἀνατιθέασιν. Non video quo consilio *πρῶτον* scripserit, nisi addidit quid postea fecerint. Quam ob rem vide an scripserit: *μαντεύονται πρῶτον ἐκ τοῦ πτώματος [αὐ]τῶν; θανόντων [δὲ] τὰς χεῖρας* etc. Ceterum cf. lib. 11 p. 503.

III 155 = 239, 18.

Ποιοῦσι δὲ καὶ ἑκατόμβας ἑκάστου γένους Ἑλληνικῶς, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι ,πάντα θύειν ἑκατόν'. Postrema nemo monitus dubitabit quin docto lectori debeantur. Quid enim attinebat graecum morem graecis lectoribus a graeco scriptore Pindarico exemplo illustrari? In iis quae statim sequuntur *καὶ δρόμῳ καὶ διακροβολισμῷ*, postremam vocem *ἀκροβολισμῷ* scribendam esse vidit Bekkerus.

III 155 = 240, 5.

Περιφόρητον δὲ τὸ δεῖπνον· κηρίνοις δὲ ἀγγείοις χρῶνται καθάπερ οἱ Κελτοί. In hunc enim locum haec verba *κηρίνοις — Κελτοί* transponenda suspicor, quae in libris post *στιβαδοκοιτοῦσι* leguntur. At *κήρινα ἀγγεῖα* cum haud ferendum esse recte vidissent critici, eas tamen emendandi vias inierunt, quas vix probaverim. Kramerus Friedemanni correctionem ceteris sane meliorem recepit, *ξυλίνοις*. Mihi *χηλίνοις* Strabo scripsisse videbatur, quod quid sit explicat Pollux 8, 172. *χήλινον ἄγγος τὸ ἐκ σχοινίων πλέγμα δηλοῖ.* Hesychius v. *Κεχήλωμαι. χηλεύειν τὸ ῥάπτειν, καὶ χήλινον ἄγγος τὸ πλεκτόν, ὡς Ἀνακρέων.* Gallos usos esse *κανέοις ξυλίνοις καὶ πλεκτοῖς* tradit Athenaeus, cuius loco ad *ξυλίνοις* commendandum usus est Friedemannus. At eorum quae sequuntur *ὀρχοῦνται — χορεύοντες, ἀλλὰ καὶ ἀναλλόμενοι καὶ ὀκλάζοντες*, mihi quidem satis expedita esse videtur sententia, ut nil mutandum videatur: saltant non modo choreas ducentes, sed etiam subsilientes et flexis genibus rursus subsidentes. Coraes *ἅμα* coniecerat pro *ἄλλα*. Ibidem vera scriptura esse videtur *γυναῖκες ἀναμὶξ ἀνδράσιν ἀντιλαμβανόμεναι* i. e. manibus per mutua nexis, non *ἀνδράσιν ἀντιπροσλαμβα-*

νόμεναι, in quo composito quid *πρῶς* significare possit non video. Ibid. 12. scribendum *οἱ λίαν ἐν βάθει* pro edito *βαθεῖ*. Illud constans Strabonis usus postulat.

III 155 = 240, 14.

Τοὺς δὲ πατϱαλοίας ἔξω τῶν ὅρων ἢ τῶν ποταμῶν καταλεύουσι. Ita pro *ὀρῶν* recte scripserunt critici, sed *πόλεων*, quod pro *ποταμῶν* ex Siebenkeesii coniectura receperunt, non magis ferri potest quam quod codices habent. Non dubium mihi quin *ἢ τῶν ποταμῶν* delendum sit.

III 156 = 241, 14.

In superioribus Strabo dixerat eas Hispanorum gentes, quibus non contigerit ut Romanorum praesentia ad mansuetiores mores traducerentur, ceteris esse ferociores. Tum ita pergit: *τοιαύτης δ' οὔσης καὶ ἀπὸ τῶν τόπων λυπρότητος ἐνίοις καὶ τῶν ὀρῶν, εἰκὸς ἐπιτείνεσθαι τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν*. Fateor me haec non intellegere, neque intellexerunt, opinor, alii. De locorum sterilitate nihil adhuc dixit scriptor; non potuit igitur dicere *τοιαύτης οὔσης λυπρότητος*. Sensu cassa item sunt verba *τῶν ὀρῶν*, quae ineptissime subiciuntur illis *καὶ ἀπὸ τῶν τόπων*, quasi *οἱ τόποι* non etiam montes comprehendant. Forsan igitur sic scribendus est locus: *τοιούτοις δ' οὖσι καὶ ἀπὸ τῶν τόπων λυπρότητος ἐνίοις καὶ τῶν ἀέρων εἰκὸς ἐπιτείνεσθαι τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν*. Nec *τοιαύτην* si abesset magnopere desiderarem. Quod pro *ὀρῶν* rescripsi *ἀέρων*, magnopere ipse Strabo commendat lib. 17 p. 833. *ὑπὸ ἀπορίας καὶ λυπρότητος τόπων ἢ ἀέρων εἰς τοῦτο περιισταμένων τῶν βίων*.

III 156 = 241, 21.

Οἵ τε Κωνιακοὶ καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος

οἰκοῦντες πλὴν Ἰουίσοι. Ita libri, nisi quod C. habet *πλὴν Τοῦσοι.* Varia tentant nullo cum successu. Quid vero impedit quo minus *Πληντουίσοι* istam gentem vocatam existimemus? cuius quod neque Strabo neque alii mentionem fecerunt, ipse Strabo supra p. 241, 4. professus est se nolle barbaris barbararum gentium nominibus recensendis molestiam facere legentibus.

III 158 = 245, 17.

Ῥωμαῖοί τε τῷ κατὰ μέρη πρὸς τοὺς Ἴβηρας πολεμεῖν καθ' ἑκάστην διὰ ταύτην τὴν δυναστείαν πολύν τινα διετέλεσαν χρόνον. Haec sic a Strabone scribi non potuisse manifestum est, quamquam editores non videntur offendisse. Quorsum enim pertinere dicamus *καθ' ἑκάστην*? quod dicendi genus etsi a serioris aetatis scriptoribus usurpatur, longe aliud tamen significat quam quod huius loci sententia postulat. Tum quo consilio verbis *διὰ τὴν δυναστείαν* adiectum dicamus *ταύτην*, cuius nulla hoc loco vis est. Denique quaenam haec est dicendi ratio *τῷ πολεμεῖν πολὺν διετέλεσάν χρόνον*? Bene dictum esset *πολεμοῦντες διετέλεσαν*, minus bene sed ut tolerari posset *ἐν τῷ πολεμεῖν διετέλεσαν.* At quod nunc legitur, id nullus unquam graece loquentium dicere potuit. Haec omnia quo pacto ad saniorem rationem revocari possint peritiores viderint; interim haec habeto: *Ῥωμαῖοί τ' ἐν τῷ κατὰ μέρη καὶ καθ' ἕκαστα πρὸς τοὺς Ἴβηρας πολεμεῖν διὰ τὴν δυναστείαν πολύν τινα διετέλεσαν χρόνον.* Ad priora cf. lib. 6 p. 254. *ἄλλως τε ἄδοξοι παντάπασίν εἰσιν αἱ καθ' ἕκαστα καὶ ἐν μέρει κατοικίαι.*

III 158 = 245, 24.

De Carthagine nova: *καὶ γὰρ ἐρυμνότητι καὶ τείχει κατεσκευασμένῳ καλῶς καὶ λιμέσι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται*

καὶ τοῖς τῶν ἀργυρίων μετάλλοις. Permirum hoc dicendi genus est ἐρυμνότητι κεκόσμηται, quod ne ad zeugmatis quidem figuram recte revocaveris; legendum arbitror ἐρυμνή τ' ἐστὶ καὶ τείχει κατεσκευασμένη καλῶς.

III 159 = 246, 5.

Μικρὸν δὲ διέχει τῆς Καρχηδόνος ἢ τοῦ Ἴβηρος. Quod post Καρχηδόνος inseruerunt critici ἧττον, ferri vix potest, quippe quod de spatio non dicatur. Legendum videtur μικρὸν δ' [ἔλαττον] διέχει.

III 160 = 248, 2.

Ἐνταῦθα δ' ἔστι καὶ ἡ Ῥοδόπη πολίχνιον Ἐριπορι-τῶν, τινὲς δὲ κτίσμα Ῥοδίων φασί. Pro Ῥοδόπη recte corrigunt Ῥόδη. Postremae literae πη ex sequenti πολίχνιον natae sunt. Praeterea scribendum videtur ἡ Ῥόδη πολίχνιον, Ἐμποριτῶν κτίσμα, τινὲς δὲ Ῥοδίων φασί. Mox scribendum ᾤκουν δ' Ἐμπορῖται.

III 160 = 248, 18.

Τινὲς δὲ καὶ τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται μέχρι τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηίου. Iusto audacius, quamquam genitivo recte offensus, Kramerus scribendum arbitratur τὰ τῆς Πυρήνης ἄκρα. Ipse olim νέμονται ex ἅπτονται corruptum esse putabam; at scribendum potius νέμονται [τὰ] μέχρι ἀναθημάτων.

III 160 = 249, 6.

Διὰ τοῦ Ἰουγκαρίου πεδίου καὶ Βεττέρων καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ, φύοντος πολὺ τὸ μάραθον. Βέττερα mirum profecto ni fuerint Βέτερα i. e. Vetera. Tum offensionem habet haud exiguam quod de latino nomine addit, quod adeo ineptum

videri potest; ut non mirer, si quis haec ipsa verba in marginem reiciat, aut loco suo mota et paulo ante p. 248, 18. post *καλοῦσι δὲ Ἰουγκάριον πεδίον*, transponenda esse opinetur. Et tamen librorum lectionem tutam praestant haec Plutarchi V. Pyrrhi c. 23. de Mamertinorum virtute dicentis, *δι' ὃ καὶ προσηγορεύθησαν Ἀρήιοι γλώσσῃ τῇ Λατίνων*. Cui item simillimum est quod apud Procopium B. Goth. vol. 3 p. 395, 21. legitur, *τὰ Λευκανῶν ὄρη δύο μόνον εἰσόδους ποιοῦνται, ὧν ἀτέρα μὲν πέτρα αἵματος τῇ Λατίνων φωνῇ κέκληται*. Nec dissimilia sunt quae apud ipsum Strabon. 11 p. 517. habentur de canibus Bactrianorum, *οὓς ἐνταφιαστὰς καλεῖσθαι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ*, vel quae idem de Arabica gente a Graecis *κυνομολγοί* vocata scripsit 17 p. 771. *ὑπὸ δὲ τῶν ἐντοπίων Ἄγριοι καλούμενοι*.

III 161 = 250, 26.

Καὶ περὶ Ἰλέρδαν ὕστερον Ἀφράνιος καὶ Πετρήιος κατεπολεμήθησαν. Ita correxere viri docti librorum lectionem *καὶ Ἰλέρδαν*. Quidni *κἀν Ἰλέρδᾳ*?

III 162 = 251, 18.

Κερρητανοί — παρ' οἷς πέρναι συντίθενται ταῖς Κανταβρικαῖς ἐνάμιλλοι. Ita ad Xylandri mentem editum est; codices enim non *Κανταβρικαῖς* habent, sed *κανθαρικαῖς*. Cerretanas pernas habes apud Martialem Epigr. 13, 54. Cantabricas memorat nemo, nec credibile est Cantabricas gentes ferino sanguine laetantes rem pecuariam ita excoluisse, ut pernarum conficiendarum artem ad eam, quam Strabo praedicat, perfectionem adduxerint. Et vero aliud scripsisse Strabonem etiam ex Athenaeo intellegitur, apud quem lib. 14 p. 657 e. haec leguntur: *ἐπεὶ δὲ καὶ πετασῶνος μέρος ἑκάστῳ κεῖται, ἣν πέρνην καλοῦσι,*

φέρε τι εἴπωμεν καὶ περὶ αὐτῆς, εἴ τις τοῦ ὀνόματος μνημονεύει. κάλλισται μὲν γὰρ αἱ Γαλατικαί, καὶ οὐκ ἀπολείπονται (δὲ) αὐτῶν οὔτε αἱ ἀπὸ Κιβύρας τῆς Ἀσιατικῆς οὔτε αἱ Λύκιαι. μνημονεύει δὲ αὐτῶν Στράβων ἐν τρίτῃ Γεωγραφουμένων ἐν Σπανίᾳ πρὸς τῇ Ἀκυτανίᾳ πόλις Πομπέλων, ὡς ἂν εἴποι τις Πομπηιόπολις, ἐν ᾗ πέρναι διάφοροι συντίθενται ταῖς κουρικαῖς ἐνάμιλλοι'. Ita enim cod. A. non Κιβυρικαῖς, quod nunc ex coniectura legitur, falso, ut equidem puto. Athenaeus enim Strabonis locum non propter Cibyricos petasones attulit, sed ut eum voce πέρνη usum esse doceret. Sed κουρικαὶ πέρναι quae sint non magis intellegitur quam quae κανθαρικαί. Strabo fortasse Calabricas nominaverat. Calabros porcis alendis intentos fuisse aliunde constat.

III 162 = 251, 21.

Ὑπερβάλλοντι δὲ τὴν Ἰδουβέδαν ἡ Κελτιβηρία παραχρῆμα πολλὴ καὶ ἀνώμαλος. ἡ μὲν πλέον αὐτῆς ἐστι τραχὺ καὶ ποταμόκλυστον· διὰ γὰρ τούτων ὅ τε Ἄνας φέρεται καὶ ὁ Τάγος. Recte Coraes ὑπερβαλόντι. Tum non iniuria Groskurdus haeret in particula μέν, cui cum nihil in sequentibus respondeat, locum luxatum et in hunc modum redintegrandum arbitratur: τραχὺ [καὶ παράλυπρον· τὸ δὲ λοιπὸν εὔδαιμον] καὶ ποταμόκλυστον. Sed huic emendationi non favet dicendi usus Strabonis, qui ποταμόκλυστος nunquam nisi in malam partem dicit, ut lib. 4 p. 187. θέρους μὲν εὔβατον οὖσαν, χειμῶνος δὲ καὶ ἔαρος πηλώδη καὶ ποταμόκλυστον. et lib. 9 p. 430. ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ μέσα τῆς Θετταλίας, εὐδαιμονεστάτη χώρα, πλὴν ὅση ποταμόκλυστός ἐστι. Denique lib. 14, 697. οἰκήσιμον εἶναι καὶ εὔκαρπον τὴν προσάρκτιον, τὴν δὲ νότιον τὴν μὲν ἄνυδρον τὴν δὲ ποταμόκλυστον. Neque

opus est ut in Strabonis loco quicquam excidisse suspicemur; sufficit lenissima correctio τὸ μέντοι πλέον, ut simillima orationis conformatione legitur lib. 4 p. 206. κατὰ πᾶσαν τὴν ὀρεινὴν ἔστι μὲν χωρία καλῶς γεωργεῖσθαι δυνάμενα, τὸ μέντοι πλέον λυπρὸν καὶ ἄκαρπον.

III 162 = 252, 18.

Τὸ δὲ τελευταῖον οἱ Νομαντῖνοι πολιορκούμενοι διεκαρτέρησαν πλὴν ὀλίγων τῶν ἐνδόντων τὸ τεῖχος. Numantinos obsidionem constanti animo tolerasse praeter paucos quosdam, qui hosti urbem dediderint, id ceteris qui de eadem re memoriae prodiderunt scriptoribus eo usque contrarium est, ut maxima oriatur suspicio, *ΔΙΕΚΑΡΤΕΡΗCΑΝ* ex *ΑΠΕΚΑΡΤΕΡΗCΑΝ* depravatum esse. Ita dicitur quod dici debuit, Numantinos, cum obsidione premerentur, praeter paucos libertati superstites, mortem praeoptasse.

III 163 = 254, 7.

Ὀρειβατεῖν καὶ κατοκλάζεσθαι. Perrara medii forma, cuius praeter hoc unum tantum exemplum habeo Euphorionis apud Stephanum Byz. p. 710. *ἴχνος ἂν Ὠρυχίοισιν ἐν ἔρκεσιν ὀκλάσσαιντο.* Proprium in ea re, quam Strabo indicat, verbum erat *ὑποβιβάζεσθαι.* Pollux 1, 213. *διδακτέον τὸν ἵππον καὶ ὑποβιβάζεσθαι. ἔστι δὲ τοῦτο διαστάντα τὰ σκέλη ἐγκαθίζειν τε καὶ ταπεινοῦν ἑαυτόν, ὥστε εὐπετῶς ἀναβαίνειν τὸν ἱππέα.*

III 163 = 254, 9.

Ἔστι δ' ὅπου καὶ αἱ λίμναι πληθύουσιν· ὄρνεις δὲ κύκνοι καὶ τὰ παραπλήσια. Haec qui ferri non posse vidit Groskurdus coniecit *πληθύουσιν ὄρνισιν· εἰσὶ δὲ κύκνοι.* Recte opinor, nisi quod propter *τὰ παραπλήσια*

pro ὄρνισι malim ὀρνέοις, qua forma frequentius Strabo utitur quam altera. Tum post κάστορας addendum δέ. Sequentia vero, maximeque verba καθάπερ ἄλλοις πολλοῖς, negligentissime a Strabone scripta sunt. Voluit opinor καθάπερ ἄλλοις πολλοῖς πολλά ἐστιν ἴδια. Ibid. 15. ἴδιον δ' εἴρηκεν ἐν Ἰβηρίᾳ ὁ Ποσειδώνιος καὶ τὸ τὰς κορώνας μὴ μελαίνας εἶναι. In his ἐν delendum, et μή, quod ex Casauboni coniectura additum est, eiciendum censeo. Quid enim miraculi habent cornices non nigrae?

III 163 = 254, 22.

Ἐλαίας δὲ πέρι καὶ ἀμπέλου καὶ συκῆς καὶ τῶν παραπλησίων φυτῶν ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰβηρικὴ παραλία πάντων εὐπορεῖ, συχνὴ δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἡ μὲν παρωκεανῖτις ἡ πρόσβορρος ἀμοιρεῖ διὰ τὰ ψύχη. His verbis non video quo pacto sanum sensum inesse dicamus, nisi aliquid suppleatur in huncce fere modum: συχνὴ δὲ καὶ [τῆς μεσογαίας. καὶ] τῶν ἐκτὸς ἡ μὲν etc.

III 165 = 257, 10.

Οἷον τὸ τοὺς ἄνδρας διδόναι ταῖς γυναιξὶ προῖκα, τὸ τὰς θυγατέρας κληρονόμους ἀπολείπεσθαι. Manifestum est aut καὶ post προῖκα, aut τε post τὸ inserendum esse. Etiam in sequentibus aliquid luxatum est: Ἰβηρικὸν δὲ καὶ τὸ ἐν ἔθει παρατίθεσθαι τοξικόν, quae grammatice intellegi non possunt, nisi post ἔθει infinitivus εἶναι adiciatur.

III 166 = 258, 2.

In notis et nobilibus civitatibus quae fiant mutationes, facile notescere dicit scriptor; a multis enim maximeque graecis scriptoribus narrari et memoriae tradi: θρυλεῖται γὰρ ὑπὸ πολλῶν καὶ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων, οἳ λαλίστατοι

πάντων γεγόνασι. Insulsum nasutuli glossatoris additamentum *οἳ* etc. nimium diu criticorum patientia tulit. Non attendit emblematis auctor, verbo *θρυλεῖν* Strabonem ne semel quidem in malam partem usum esse.

III 166 = 258, 16.

Συνωνύμως τὴν αὐτὴν Ἰβηρίαν λέγουσι καὶ Ἱσπανίαν· μόνην ἐκάλουν τὴν ἐντὸς τοῦ Ἴβηρος. Certissimum mihi videtur ante *μόνην* excidisse *τινὲς δ' Ἰβηρίαν*. Idque etiam sequentia docent, in quibus male legitur: *Ῥωμαῖοι δὲ τὴν σύμπασαν καλέσαντες ὁμωνύμως Ἰβηρίαν τε καὶ Ἱσπανίαν τὸ μὲν αὐτῆς μέρος εἶπον τὴν ἐκτός, τὸ δ' ἕτερον τὴν ἐντός*. Hispania et Iberia non homonyma sunt, sed synonyma. Itaque Strabo *συνωνύμως* scripserat, ut ipse iam supra locutus est; neque aliter Artemidorus apud Stephanum Byz. p. 324, 5.

III 167 = 261, 2.

In descriptione Balearium insularum haec habes: *ἄμφω εὐδαίμονες καὶ εὐλίμενοι· χοιραδώδεις δὲ κατὰ τὰ στόματα, ὥστε δεῖν προσοχῆς τοῖς εἰσπλέουσιν*. Quae si corrupta sunt, linguae lex postulat ut aut *οἱ δὲ λιμένες χοιραδώδεις* scribatur, aut *χοιραδώδεις δὲ οἱ λιμένες*. Fortasse tamen *οἱ λιμένες* ex praecedenti *εὐλίμενοι* cogitatione assumendum. Nec prorsus dissimile est quod legitur lib. 4 p. 193. *φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας*. Quae paulo post leguntur de Balearium incolis, *ἄζωστοι δ' ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἐξῄεσαν, αἰγίδα περὶ τῇ χειρὶ ἔχοντες ἢ πεπυρακτωμένον ἀκόντιον*, iis aliquid de vestitu illorum hominum a scriptore praemissum fuisse maxima suspicio est, monuitque, ut video, etiam Groskurdus. Nec reliqua verba, nisi scriptorem misere balbutire volumus, pro integris habenda sunt.

aegidem enim sinistrae circumvolutam, hastam autem dextra eos gestasse consentaneum est; proinde sic fere scribendum esse conicias: *αἰγίδα περὶ τῇ χειρὶ ἔχοντας, [τῇ δὲ δεξιᾷ] πεπυρακτωμένον ἀκόντιον*. Neque enim opus ut ad *περὶ τῇ χειρί* addatur *τῇ ἀριστερᾷ*. Simili brevitate dixit lib. 7 p. 306. *ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ 'Οφιοῦσσα*.

III 169 = 264, 6.

Postquam Erytheae insulae singularem fertilitatem descripsit geographus, subito inferuntur haec: *κοινῇ μέντοι συνῴκισται πᾶς ὁ αἰγιαλός*. Haec quid hoc loco sibi velint, adeo non intellegitur, ut quin plura exciderint non dubitandum esse videatur, quae qualia fuerint proxime sequentia docent: *περὶ δὲ τῆς κτίσεως τῶν Γαδείρων τοιαῦτα λέγοντες μέμνηνται Γαδιτανοὶ χρησμοῦ τινος, ὅν γενέσθαι φασὶ Τυρίοις*. Suspiceris igitur praecessisse aliquid de primis Gadium incolis, qui insulam Erytheam colonis frequentaverant, nullis assumptis Iberis, aut Iberis, qui ante Tyriorum adventum insulam tenerent, eiectis. His expositis commode inferri poterant superiora, quorum haec sententia est, ut litus communiter Tyrios et Iberos incoluisse dicatur.

III 173 = 269, 1.

Εἰ δ' εἰσπνοῇ τε καὶ ἐκπνοῇ τὸ συμβαῖνον ἔοικεν, εἶναι ἄν τινα τῶν ῥεόντων ὑδάτων. Parum fidei habeo doctrinae de infinitivo pro verbo finito posito. Hoc quidem loco *εἴη ἄν* scribendum, quod praestare opinor Corais rationi, qui *εἰκός* excidisse existimabat.

IV 177 = 275, 14

'Ακυιτανοὺς ἔλεγον τοὺς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης μέρη κατέχοντας καὶ τῆς Κεμμένης. Vix credibile est Strabo-

nem, qui alias constanter τὸ *Κέμμενον* vel τὰ *Κέμμενα* dixerit, hoc uno loco scripsisse τῆς *Κεμμένης*, quod praecedenti feminino τῆς *Πυρήνης* assimilitum esse videri potest a describente librario. Dubitari tamen potest, num probandum sit quod epitome habet τῶν *Κεμμένων*, ac potius τῆς *Κεμμενικῆς* scribendum sit, quo nomine totus Cemmenicorum montium tractus cum locis adiacentibus designari potuit. Cemmenicam regionem habes apud Avienum Or. mar. 615. At Cemmenice regio descendit procul salso ab fluento (i. e. a mari) fusa multo cespite, et opaca silvis; nominis porro auctor est mons dorsa celsus, cuius imos aggeres stringit fluento Rhodanus. Quibus verbis ea pars Cemmenicae regionis describitur, quae orientem versus extrema est, proxima Rhodano, quousque Cemmenos montes pertinuisse disertim testatur Strabo lib. 4 p. 178. τῶν ὑπωρειῶν τοῦ *Κεμμένου* τῶν καθηκουσῶν ἐπὶ τὸν *Ῥοδανόν*, et p. 191. κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τ' *Ἴσαρος* καὶ τοῦ *Ῥοδανοῦ*, καθ' ἣν καὶ τὸ *Κέμμενον* ὄρος πλησιάζει τῷ *Ῥοδανῷ*. Non igitur dubitari potest quin Avieni locum, in quo vulgo Cimenice legitur, recte emendaverit Schraderus *). In sequentibus restituendum quo libri ducunt

*) Male dubitat Wernsdorfius, cui Cemmenus mons ne nomine quidem notus fuit. Si qua de veritate restitutae lectionis dubitatio moveri possit, ea a mensura nominis Cemmenica repetenda fuerit. Sed ne huic quidem aliquid tribuendum esse plurima docent exempla, quibus vix credibilem Avieni in locorum gentiumque nominibus licentiam esse intellegitur. Sunt autem fere haec: Vs. 43. Hellanicusque Lesbius, Phileus quoque. V. 46. quin et Damastus nobili natus Sige. Vs. 112. propinqua rursus insula Albionum patet; nisi id Albion scribendum. Vs. 251. quod inquietos Vasconas praelabitur. Οὐάσκωνες enim est apud Strab. 3 p. 155. Οὐάσκονες male apud Ptolem. Geogr. 2, 6. Vs. 423. divites Tartesii, qui porriguntur ad Galaticum sinum. Sic enim scribendum est pro Galacticum, quod quid sit nescio. Simili errore apud Aristot. de mundo p. 393, 27.

Λίγειρος pro *Λείγηρος*, eademque forma etiam invitis libris reponenda lib. 4 p. 189. Corripi huius nominis

---

cod. R *Γαλακτικὸν πέλαγος* habet pro *Γαλατικόν*. Cf. Stobaeus Ecl. phys. p. 263. et Strab. 3 p. 166. Vs. 535. tractu supino se Malodes exserit. Vs. 645. Epicureorum, non enim occasu premi. Vs. 693. quod incolentes Citharistium vocant. Mitto quae graecum morem secutus corripuit in ultima syllaba nomina, Ileates, Gymnetes, Ceretes, Cynetes, Ligyres. Ac cum semel hanc viam ingressus sim, apponere iuvat quae ex eodem genere in Periegesi reperiuntur. Vs. 129. usque in saxosi Pachyni iuga. cf. 636. Vs. 569. Graiorum Triphylis sterili se porrigit ora. Vs. 679. fertilis Aeginae tellus et opima Salamis. Vs. 693. Sestus ubi atque Abydus parvo sale discernuntur. Vs. 777. insula Taprobanae gignit taetros elephantos. Vs. 866. Cimmerii Sindique colunt, Ceretia gens est. Vs. 867. atque Toretarum propter genus, indeque Achaei. Vs. 937. ultima Epetrimo tellus habet, et procul ista. Vs. 937. Inde Tibareni, Chalybes super, arva ubi ferri. Vs. 953. hanc urbem quondam magni Iovis ardor Asopis. Vs. 1013. Pamphyliae in fines, hic idem Cragus habetur. Vs. 1023. tum Pisida ferox exercet pinguia culta. Vs. 1031. Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus aequor. Vs. 1071. hic Tyrus est opulens et Berytos, optima Byblos. Vs. 1083. urbs mediis Apamea dehinc consistit in agris. Vs. 1135. Chatramis est tellus, Macae vicina fluento. Vs. 1209. Cissi Messabataeque et Chalonita vagantur. Vs. 1218. haec cum Pandionis letum componeret aulae. Vs. 1219. Attica qua pulcro tellus pinguescit Ilisso. Vs. 1351. hic Hypanis lateque trahens vaga terga Cymander. Si sana est lectio. Ac fortasse etiam ceterorum quos attulimus locorum unus alterque e melioribus libris si forte repertis ad rectiorem formam revocari potest. Consulto dixi hanc libertatem Avienum sibi in locorum gentiumque sumpsisse nominibus. Nam in reliquis communem recte loquentium consuetudinem secutus est scriptor versuum rite pangendorum peritissimus et tanta in his arte usus, ut in secundo et quarto senarii pede ne semel quidem spondeum admiserit; quo nomine falsa est Barthii scriptura vs. 556. ubi legendum: qua pinifetae stant Pyrenes vertices, cui simile est quod Varro Sat. 39, 9. dixit ardifetus. Editur quidem vs. 372. stadia septem vix ait Damastes esse; Caryandenus (sic. leg.) Scylax. At hunc scriptorem Avieno Damastum, non Damastem, vocatum esse libri ostendunt et hoc loco et vs. 46. ubi nunc editur quin et Damastes nobili natus Sige. Consimili modo Phi-

primam syllabam praeter cognationem, quae ei cum Ligurum nomine intercedit, ostendit Ausonius Mos. 461. non tibi se Liger anteferet, non Axona praeceps. Eandem ob causam reiciendum est quod 4 p. 191. aliisque locis legitur *Δομήτιος*, docente Martiale Ep. 9, 2. dum Ianus hiemes, Domitianus autumnos. Praestat igitur *Δομίτιος* aut *Δομέτιος*, qua forma praeter alios usus est Stephanus Byz. p. 71, 3.

IV 179 = 278, 15.

Καὶ ἡ ἀπὸ Σκυγγομάγου δὲ ἤδη Ἰταλία καλεῖται, ἔστι δὲ ἐνθένδε ἐπὶ Ὤκελον μίλια εἴκοσιν ὀκτώ. Particulis *καὶ — δέ*, et vero etiam, nullus hic locus est, ut nec lib. 4 p. 178 = 277, 17. *καὶ τοῦτο δ' ἐστὶν ὅριον.* Utrobique delendum *καί*, quam particulam vix dici potest quam saepe Strabonis codices invito scriptori obtrudant. Contra idem illud *καὶ — δέ* restituendum videtur lib. 5 p. 240 = 380, 15. *χρῶνται δ' αὐτῇ* (Fucino lacu) *μάλιστα μὲν Μαρσοί· καὶ πάντες δ' οἱ πλησιόχωροι*, maxime quidem Marsi, et vero omnes accolae. Nec sollicitanda quae leguntur lib. 12 p. 546 = 525, 6. *καὶ γυμνασίῳ δὲ καὶ ἀγορᾷ καὶ στοαῖς κεκόσμηται λαμπρῶς*, quae recte inferuntur praecedentibus *ἡ πόλις τετείχισται καλῶς.* Oceli urbis nomen et origines haud dubie ad Ocelam Antenoris comitem veteres referendas censuerunt. Cf. Strabo 3 p. 157. *ἐνταῦθα δὲ καὶ Ὤκελλαν πόλιν Ὠκέλα κτίσμα λέγουσι τοῦ μετὰ Ἀντήνορος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ διαβάντος εἰς Ἰταλίαν.* In Lusitania quo-

---

leum appellavit quem ceteri omnes Phileaim, vs. 44. Phileus quoque Atheniensis, et 685. disterminari, Phileus hoc quamquam vetus, ac fortasse etiam vs. 256. si recte conieci: eamque pridem, si Phileo satis est fides, tenuere Cempsi, ubi libri pro si Phileo habent influxe.

que urbs Ὄκελος memoratur a Ptolemaeo Geogr. 2, 5. De nomine cf. Bergkium Ephem. philol. 1851. in. et Mommsen Unterital. Dial. p. 251.

IV 182 = 284, 2.

In descriptione campi lapidei apud Massiliam cum alia corrupta sunt tum haec: φασὶ γοῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τῶν λίθων ἐνίους, κατακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς. Recte currus dicerentur κατακλᾶσθαι, sed homines quo pacto ἀπὸ τῶν ὀχημάτων κατακλᾶσθαι dici queant, adeo non intellego, ut καταφλᾶσθαι a Strabone scriptum fuisse suspicer. Idem vitium tollendum arbitror ex Theocriti Idyll. 25, 147. κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίας κλάσσε βαρύν περ ἐόντα. Scribendum φλάσσε.

IV 183 = 284, 15.

Τὸ μέντοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλος καταμαθὼν ἢ παρ' ἄλλου λαβὼν εἰς μῦθον ἐξετόπισε. In his verba ἢ παρ' ἄλλου λαβὼν nimis inepta sunt, quam ut a Strabone ipso adiecta esse mihi persuadere possim. In Aeschyli versibus is qui sextus est, ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ, sic ut nunc fertur a poeta scribi non potuisse concedant necesse est, qui aliquem harum rerum usum habent. Memini Carolum Lachmannum, cum de subtilioribus trimetri legibus inter nos sermones haberemus, corruptorum illius versus numerorum emendationem mihi proposuisse hanc, ut transpositis verbis scribendum existimaret ὁ Ζεὺς δ' ἰδὼν ἀμηχανοῦντά σ' οἰκτερεῖ. Cui cum ego hanc leniorem commendassem ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σε Ζεὺς οἰκτερεῖ, aegre ille quidem primo, tandem tamen in meam sententiam concessit. Nimirum pluri-

mum ad recitationem interest, utrum sic metiare ⏑– | ––⏑–, an sic ⏑–– | –⏑–.

IV 187 = 292, 21.

Gallicarum gentium, Trocmorum et Tectosagum, nomina et hic et aliis locis plurimis constanter scribuntur *Τρόκμοι* et *Τεκτοσάγες*, utrumque falso. Arcadius p. 58, 15. *τὰ εἰς μος ἔχοντα πρὸ τοῦ μ τὸ κ βαρύνεται — τὸ μέντοι Τρωκμὸς (Τροκμὸς) ὀξύνεται.* Stephanus Byz. p. 611, 22. *Τεκτόσαξ, ὡς Ἄτραξ Ἄσφαξ βαρυτόνως. εὕρηται καὶ Τεκτόσαγαι εὐθεῖα. ὡς γὰρ Καππάδοκος Καππαδόκης, οὕτω Τεκτόσαγος Τεκτοσάγης.* Ubi Stephanus non epitomatus post *εὐθεῖα* addiderat *ἀπὸ τῆς γενικῆς παρηγμένη.* Mox scribendum *νυνὶ Τροκμοὺς καὶ Τολιστοβωγίους [οὔτ'] ἐκτὸς τῶν Ἄλπεων οὔτ' ἐν αὐταῖς οὔτ' ἐντός.* Primam negationem libri omittunt.

IV 192 = 301, 9.

Διάφοροι καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ καὶ τοῖς Αἰδούοις, ὅτι πρὸς Γερμανοὺς προσεχώρουν πολλάκις κατὰ τὰς ἐφόδους αὐτῶν τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν — πρὸς δὲ τοὺς Αἰδούους καὶ διὰ ταῦτα μέν etc. Non opus esse videtur, ut ante *ὅτι* inseratur *τοῖς μὲν Ῥωμαίοις.* Eadem dicendi brevitas lib. 12 p. 569. *ἐφ' ἡμῶν δὲ καὶ τὰ Ἴσαυρα καὶ τὴν Δέρβην Ἀμύντας εἶχεν, ἐπιθέμενος τῷ Δερβήτῃ καὶ ἀνελὼν αὐτόν, τὰ δ' Ἴσαυρα* etc. et 572. *ἐν συγχύσει πώς εἰσι καὶ πρὸς τούτους, ὅτι οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς οἱ δὲ ἑτέρους φασί, πρὸς δὲ τούτους ὅτι* etc. ubi nil causae erat quod Coraes post *ἀλλήλους* adderet *πρὸς ἀλλήλους μέν.* Nec dissimilis structura lib. 10 p. 456. *Κεφαλληνίαν ὅλην (κατεῖχον). οἱ Κεφαλλῆνες ὑπ' Ὀδυσσεῖ, οἱ δ' ὑπὸ Μέγητι* (sic enim legendum), vel 16 p. 741. *τὰ στόμια ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν,* vel denique lib. 6,

p. 282. *Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι λέγονται Κρῆτες· εἴθ' οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες, εἴθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες*, ubi prius *εἴτε* contra librorum fidem interpositum est. Cf. Heindorf. ad Platonis Soph. p. 302.

IV 193 = 302, 21.

Φασὶ δὲ καὶ πολυχρύσους τοὺς Ἐλουηττίους, μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι. Particula *καὶ* nullam hic vim habet, haberet vero si *ὄντας* post *πολυχρύσους* additum esset. Sed scribendum videtur, *φασὶ δ' εἶναι πολυχρύσους.*

IV 196 = 308, 2.

De Gallorum vestitu agens inter alia haec dicit: *ἀντὶ δὲ χιτώνων σχιστοὺς χειριδωτοὺς φέρουσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν.* Cum *σχιστὸς* ipse etiam *χιτῶνος* species sit (frequenter enim memorantur *σχιστοὶ χιτῶνες*), apertum est falsam esse oppositionem. Hinc suspicor post *χιτώνων* excidisse *ποδηρῶν*, quibus iam recte opponuntur *σχιστοὶ χειριδωτοί. Χιτῶνας ποδήρεις* ipse Strabo memorat lib. 3 p. 175. de incolis insularum Cassiteridum: *μελάγχλαινοι ποδήρεις ἐνδεδυκότες τοὺς χιτῶνας.*

IV 197 = 309, 25.

Postquam dixit Celtas caussarum capitalium disceptationem olim Druidis iniungere solitos fuisse, haec infert: *ὅταν τε φορὰ τούτων ᾖ, φορὰν καὶ τῆς χώρας νομίζουσιν ὑπάρχειν.* Mire *φορὰν* dixit de iudicialium caussarum multitudine; magis etiam mirum *τὰς φονικὰς δίκας* largum agrorum proventum portendere dici. Sed nescire me fateor quo pacto haec expediam, nisi loco suo mota dicas et transferenda post *τῆς Ἰταλίας*, ubi de ovium suumque cultura agitur; quamquam ne hoc quidem loco aptissime posita esse fateor.

IV 198 = 311, 20.

Disserit ad h. l. Kramerus de accusativi forma Δή-μητραν, quae haud paucis locis, etiam in eorum plerisque quos Lobeckius Paral. p. 142. attulit, admodum dubiae fidei est; quamquam a quibusdam serioris aetatis scriptoribus eam usurpari potuisse non nego. At in epigrammate quod affert Kramerus, a Pausan. 1, 37. servato, ferendam nego. Legitur ibi:

Ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως Φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν
Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν.

Ubi cum optimi libri habeant Δήμητρα, scribendum suspicor Δήμητρ', ᾧ τότε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν. Idque ipsa mihi postulare videtur sententia.

IV 199 = 312, 2.

Πάντες Κελτοὶ φιλόνεικοί τέ εἰσι καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφειδεῖν τοὺς νέους. Miror non offendisse criticos. Quid dicere debuerit Strabo, docent haec Herodoti 1, 135. de Persis: εὐπαθείας τε παντοδαπὰς ἐπιτηδεύουσι καὶ δὴ καὶ παισὶ μίσγονται. Itaque pro φιλόνεικοι scribendum arbitror ἡδονικοί, mutatione facili et expedita; minus enim placeret φιλήδονοι vel φιληδονικοί, quo usus est Olympiodorus apud Bekkerum Anecd. gr. p. 1429.

IV 200 = 313, 17.

Τὰ δ' ἤθη τὰ μὲν ὅμοια τοῖς Κελτοῖς, τὰ δ' ἁπλούστερα. Corrigam ἔθη. Idem requiro lib. 11 p. 513. καὶ ταφαὶ δ' εἰσὶ παραπλήσιαι καὶ ἤθη καὶ ὁ σύμπας βίος, αὐθέκαστος μὲν — πρὸς δὲ τὰ συμβόλαια ἁπλοῦς, et ibid. p. 517. οὐ πολὺ διέφερον τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι τῶν νομάδων.

IV 201 = 315, 16.

Πρὸς μέντοι τὰ οὐράνια καὶ τὴν μαθηματικὴν θεωρίαν ἱκανῶς δόξει κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι, τοῖς τῇ κατεψυγμένῃ ζώνῃ πλησιάζουσι λέγων καρπῶν εἶναι τῶν ἡμέρων καὶ ζῴων τῶν μὲν ἀφορίαν παντελῆ τῶν δὲ σπάνιν. Ita haec, quae de Pythea Massiliensi dicuntur, ad paulo saniorem rationem revocari posse conicio. Vulgo *δόξειε* legitur pro *δόξει* et *τὸ τῶν* pro *λέγων*. Praeterea coniuncta scribuntur verba *τοῖς πράγμασι τοῖς τῇ κατεψυγμένῃ ζώνῃ πλησιάζουσι.* Atqui *πράγματα* non dici possunt *πλησιάζειν.* Itaque praestaret *ἰδιάζουσι* scribere. Sed verisimile esse quod reposui, nescio an sequentia ostendant, *κέγχρῳ δὲ καὶ ἄλλοις* (imo *ἀγρίοις*) *λαχάνοις καὶ καρποῖς καὶ ῥίζαις τρέφεσθαι,* ubi *τρέφεσθαι* non habet quo referatur, nisi aliquid de accolis zonae frigidae praecessit. Ceterum cf. 2 p. 114 et 7 p. 295.

IV 206 = 324, 9.

Μετὰ δὲ τούτους οἱ ἐγγὺς ἤδη τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ — καὶ οἱ Ταυρίσκοι. Hanc partem, qua male interrumpitur instituta rerum narratio, post *Δαμασίαν* transponendam existimamus.

V 216 = 341, 3.

In recensu populorum cispadanorum memorantur inter alios *Σένονες καὶ Γαισάται*, pro quo codices habent *Γαζάται*, ut mox *Γεζατῶν* pro *Γαισατῶν*. Ac *Γαισάται* hic populus vocatur etiam a Polybio; nec dissimiliter *Γεσσάται* a Plutarcho in V. Marcelli cap. 3. quod ex *Γαισάται* corruptum, in qua forma etiam Strabonis codices consentiunt lib. 5 p. 212. Nec tamen describentium errori imputandum videtur quod eo quem adscripsi loco libri habent *Γαζάται*, sive potius *Γαιζᾶται*. Sic enim gentem

illam appellat Euphorio, cuius haec verba servavit Etymol. M. p. 223, 16. *Γαιζῆται περὶ δειρέα χρυσοφορεῦντες*, de quibus diximus Anall. Alex. p. 68. In sequentibus non puto recte legi de Tyrrhenis et Umbris: *πολλὰς τῶν κατοικιῶν τὰς μὲν Τυῤῥηνικὰς ἐποίησαν τὰς δ' Ὀμβρικάς, πλείους δὲ τῶν Ὀμβρικῶν· ἐγγυτέρω γὰρ ἦσαν.* In quibus cum optimi libri *οἱ* ante *ἐγγυτέρω* addant, scribendum videtur *πλείους δὲ τῶν Ὀμβρικῶν, οἳ ἐγγυτέρω ἦσαν.* Praeterea fortasse *δ' αἱ* pro *δέ*.

V 216 = 341, 27.

Inter Cremonam et Ariminum parva oppida sita sunt: *μικρὰ πολίσματα, δι' ὧν ἡ εἰς Ῥώμην ὁδός, Ἄκαρα, Ῥήγιον Λέπιδον, Μακροὶ Κάμποι.* Multum negotii facessivit interpretibus oppidi nomen *Ἄκαρα*, quod cum interpretes a nullo alio scriptore memoratum viderent, alii in *Ἀχέῤῥαι*, quarum commemoratio ab his locis prorsus aliena est, Kramerus autem in *ἄγει* transmutavit, id ut cum *ὁδὸς* coniungatur. Scribendum potius *Ἄγκαρα*, cuius urbis notitiam ex Polybii octavo unus praeterea servavit Stephanus Byz. p. 15, 7. *Ἄγκαρα· πόλις Ἰταλίας.* [*ὡς Ἀντία Ἀδρία.*] *τὸ ἐθνικὸν Ἀγκαράτης, ὡς Πολύβιος ὀγδόῃ.* Sic enim haec scribenda sunt, expulsis quae aliunde illata sunt verbis *ὡς Ἀντία Ἀδρία.* Ceterum quin nomen illud cum Ancharia dea et Ancariorum familia, de quibus Müllerus Etrur. vol. 1 p. 421. et vol. 2 p. 62 dixit, coniunctum sit non dubitandum videtur.

V 217 = 342, 15.

Πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσι — λαμβάνει τὴν σύνταξιν. Haec omnia ineptissime hic interposita esse, viderunt iam alii. Ac priora *πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσίν ἐστι πόλις τοῖς ὑπερκειμένοις τῆς Λούνης Λοῦκα* (ita enim haec turbato ordine

in libris scripta sunt) commode legerentur· p. 222 = 350, 19. post εὐθύς, cetera autem εὐανδρεῖ δ' ὅμως — σύνταξιν inseruerim p. 218 = 344, 21. post Ποσειδώνιος, quo omnia reiecit post Du Theilium Groskurdus, quod recte fieri iure negat Kramerus. At percommode hic locum habebant verba εὐανδρεῖ δ' ὅμως ἡ χώρα καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐντεῦθεν τὸ πλέον ἐστὶ καὶ τὸ τῶν ἱππικῶν πλῆθος, ἐξ ὧν καὶ ἡ σύγκλητος λαμβάνει τὴν σύνταξιν. Quae reliqua sunt verba ἔνιοι δὲ κωμηδὸν οἰκοῦσι delenda puto, utpote ex illis nata quae leguntur p. 344, 19. πλὴν ὅτι κωμηδὸν ζῶσιν, et coagmentandae orationis caussa ab interpolatore addita. Ceterum quo casus ludibrio haec omnia primum disiecta, postea rursus coniuncta in alienum locum illata fuerint, id hoc loco non magis anxie quaerendum puto, quam in tot aliis traiectionibus, quas miris saepe modis hic scriptor expertus est.

V 217 = 343, 2.

Ἀπὸ δὲ Πλακεντίας εἰς μὲν Ἀρίμινον εἴρηται. Permirum hoc dicendi genus est et a Strabonis usu ita remotum, ut nesciam an τὸ διάστημα post Πλακεντίας exciderit. Gravior corruptela sequentibus verbis inhaeret, ubi loquitur scriptor de regione cispadana multis olim paludibus molesta, ἀλλ' ἀνέψυξε τὰ πεδία ὁ Σκαῦρος διωρυγαῖς πλωταῖς ἀπὸ τοῦ Πάδου μέχρι Παρμηστῶν, in quibus recte quidem viri docti ultimam vocem corruptam esse intellexerunt. Parmae enim gentilicia sunt Παρμαῖος et Παρμανός, quorum neutrum ulla cum veri specie hic restituas. At iidem non attenderunt ad aliud vitium, quod latet in nomine διωρυγαῖς, pro quo διώρυξι dicendum erat. Certissima igitur coniectura scribendum: διώρυγας πλωτὰς ἀπὸ τοῦ Πάδου μέχρι Πάρμης ἄγων. Quae his proxime inferuntur verba κατὰ γὰρ

Πλακεντίαν ὁ Τρεβίας συμβάλλων τῷ Πάδῳ καὶ ἔτι πρότερον ἄλλοι πλείους πληροῦσι πέραν τοῦ μετρίου, haec igitur qui loco suo mota censet et post *Τυρρηνίαν* transponi voluit Groskurdus, non intellexisse videtur, haec non alio consilio scriptorem dixisse nisi ut doceret, quo pacto fossae a Pado in planitiem ductae navigabiles evaserint.

IV 218 = 344, 1.

Τοῦ δ' οἴνου τὸ πλῆθος μηνύουσιν οἱ πίθοι. ξύλινοι γὰρ μείζους οἴκων εἰσίν. Ante *ξύλινοι* desidero articulum. Doliorum enim duplex genus erat, minora ex argilla (*λίθινοι πίθοι* apud poetam incertum Plutarchi Pyth. orac. 29.); et maiora e lignis confecta. Sequuntur statim haec: *προσλαμβάνει δὲ πολὺ ἡ τῆς πίττης εὐπορία πρὸς τὸ εὐώνητον.* Ad vilitatem vini picis copiam conferre quamquam non inepte dici potest, alio tamen ducit librorum scriptura *πρὸς τὸ εὐκώνητον*, quod vocabulum etsi lexica ignorant, tamen recte formatum esse docet, ut alia omittam, Aeschyleum *πισσοκώνητος μόρος*, de quo dixit Bergkius de Comoedia ant. p. 255. Hoc igitur dicit, picis copia effici, ut vinum admixta pice bene temperetur. Vinum hoc modo temperatum a Graecis appellabatur *οἶνος κωνίας*, de quo vide Dioscoridem de Caus. Plant. 5, 48. Adde Rhianum apud Athenaeum lib. 11 p. 499 d. *ἥμισυ μὲν πίσσης κωνίτιδος ἥμισυ δ' οἴνου.* At potest illud *εὐκώνητον* etiam alio referri; ipsas enim lagenas pice circumlinebant veteres, quo magis vinum ab aeris contagione tutum praestarent. Hinc in laude vini ponitur, si in *ἀπιττώτοις ἀγγείοις* asservatum perdurat nihilque ingenitae virtutis amittit. Cf. Strabo 11 p. 516. *εὐοινεῖ δὲ σφόδρα ἡ γῆ* (Ariana), *καὶ γὰρ εἰς τριγονίαν παραμένει ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσι.*

V 218 = 345, 6.

De Tiberis cursu per Etruriam agens haec dicit: μέρος μέν τι δι' αὐτῆς φερόμενος τῆς Τυῤῥηνίας, τῷ δ' ἐφεξῆς διορίζων — τὴν Ὀμβρικήν. Lege τὸ δ' ἐφεξῆς.

V 220 = 346, 31.

Pro Πορσίνας Kramerus mavult Πορσήνας. At Πορσίνας praeter Polyaenum Str. 8, 8 et 31. tuetur Vat. cod. Dionysii AR. 5, 22. et 7, 55. quamquam Πορσῖνος quod his locis vulgo legitur, idem habere videtur 5, 32. 34 et 35.

V 220 = 347, 4.

Περὶ μὲν τῆς ἐπιφανείας ταῦτα· καὶ ἔτι τὰ τοῖς Καιρετανοῖς πραχθέντα. Parum placet haec orationis brevitas a Strabonis dicendi genere aliena. Recte λόγου ἄξια vel simile quid excidisse monuit Bekkerus.

V 221 = 349, 7.

Αἰσχύλος δ' ἐκ τοῦ περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν ἐν Ἱκέτισιν ἢ Δαναΐσι τὸ γένος αὐτῶν (Πελασγῶν). Verba Ἱκέτισιν ἢ delenda aut scribendum Ἱκέτισι καὶ Δαναΐσι, ut voluit Hermannus Opusc. vol. 2 p. 331.

V 222 = 350, 1.

Ἐκ Ποπλωνίου εἰς Κόσσαν. Rectius Κόσαν, ut optimi libri habent: at iidem p. 225 = 355, 16. Κοσσῶν habent. Veram scripturam poetarum loci ostendunt. Virgilius Aen. 10, 168. quique urbem liquere Cosas. Rutilius Itin. 286. desolatae moenia foeda Cosae. Etiam Plinio NH. 3, 5. ex bonis libris Cosa restituit Silligius. Ibidem post φασίν excidisse verba ἐκ δὲ Κόσης εἰς Ὦστια ἑπτακόσιοι τετταράκοντα, recte intellexisse videtur Groskurdus. In iis quae statim sequuntur Πολύβιος δ' οὐκ

εἶναι τοὺς πάντας χιλίους — λέγει, proxime vero Kramerus coniecit οὐκ εὖ εἶναι. Scribendum enim οὐκ εὖ καὶ τοὺς πάντας. cf. Analecta Alex. p. 223.

V 223 = 352, 5.

De navali Populoniae: τὸ δ' ἐπίνειον οἰκεῖται βέλτιον πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους λιμένιον ἔχον καὶ νεωσοίκους. διὸ καὶ δοκεῖ μοι μόνη τῶν Τυρρηνίδων τῶν παλαιῶν αὕτη πόλεων ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ ἱδρῦσθαι. Attentius haec legenti διό haud ferendum videbitur. Scripsisse Strabonem suspicor: λιμένιον ἔχον καὶ νεωσοίκους δύο· καὶ δοκεῖ μοι etc. Mox lenius fuerit supplere pronomen: Αἰθαλία, [ἣ] προσεχεστέρα τῇ ἠπείρῳ ἐστίν, quam post προσεχεστέρα addere γάρ.

V 227 = 358, 7.

Πολλὴ δὲ καὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀφθονία κατὰ τὴν Τυρρηνίαν. τῷ πλησίον εἶναι τῆς Ῥώμης. οὐχ ἧττον δ' εὐανδρεῖ τῶν ἐν Βαίαις, ἃ διωνόμασται πολὺ πάντων μάλιστα. Quae his media interposita sunt de Romae vicinia cum malis coniecturis tentasset Casaubonus, cui ceteri fere assensi sunt, Kramerus post μάλιστα transponenda censuit. Mihi quocunque loco ea posueris, inepte addita et delenda videntur.

V 227 = 359, 22.

Ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς ὁδοῦ βαδίζοντι ἐκ τῶν Ὀκρίκλων εἰς Ἀρίμινον Ἰντέραμνα ἔστι καὶ Σπολήτιον καὶ Αἴσιον. Kramerus Ἀσίσιον, quod cum non in dextro latere viae Flaminiae situm fuisse intellectum esset, postea Kramerus Strabonis errorem incusare maluit. De correctione accedo, non item de accusatione, cum Strabo ista loca bene cognita habuerit; itaque nescio an hoc nomen transpo-

nendum sit inter *Εἰσπέλλον* et *Ἰγούιον*, quae paucis versibus interiectis leguntur. Nimirum omissum erat et in margine notatum, postea male illatum. Ceterum veram nominis formam esse *Ἀσίσιον*, nunc etiam ex Propertii Eleg. 5, 1, 125. notum est, cui verissime Lachmannus restituit: scandentisque Asisi consurgit vertice murus.

V 228 = 361, 14.

Ἔστρωται δὲ δι' αὐτῶν ἡ Σαλαρία ὁδὸς οὐ πολλὴ οὖσα, εἰς ἣν καὶ ἡ Νωμεντανὴ συμπίπτει. Non credo verba *οὐ πολλὴ οὖσα* post *Νωμεντανή* transponenda esse. Etsi enim perlonga fuit via Salaria, recte tamen, cum exiguam Sabini agri partem attingeret, hoc loco *οὐ πολλὴ οὖσα* dici potuisse videtur.

V 231 = 366, 21.

Παρακινδύνως μὲν οὖν ὁρμίζονται μετέωρα ἐν τῷ σάλῳ τὰ ναυκλήρια. Scribendum *ὁρμίζεται*. In sequentibus sufficit opinor ante *καὶ μέρους* addere *ἤ*, ut hoc dicat, onerarias naves aut omnibus mercibus expositis abire, aut parte oneris levata Tiberim subvehi.

V 240 = 380, 5.

Τούτων δ' ἔστιν Ἡγερία καλουμένη. Recte Egeriae nomen restitutum est a Cluvero; sed articulo, quem idem adici voluit, carere licet. cf. Phlego Trall. Mir. 1 p. 18. *Ὕλλος καλούμενος.* Eadem ratio ubi *ὄνομα* nomini adiectum est, aut apud Heraclidem Polit. 8. *Ἀρχίλοχον Κόραξ ὄνομα ἔκτεινε*, quod non dicam suspectae graecitatis esse. Plutarchus Crass. 31. *ὄνομα Πομαξαίθρης ἀπέκτεινε.* Aelianus AH. 11, 34. *Κισσὸς ὄνομα.* Pausan. 10, 12, 1. *ᾆσαι τοὺς χρησμοὺς ὄνομα Ἡροφίλη.* Hoc quoque

frustra suspectatur. Ptolemaeus Photii Bibl. p. 146, 33. *Κωκυτὸς ὄνομα*, ubi item fuerunt qui *τις* desiderarent.

V 243 = 386, 1.

De Cuma Italica: *πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων.* Parum recte, ut mihi quidem videtur, scriptum est *Σικελικῶν*, quod *Σικελιωτίδων* scribendum esse docet vel adiectum *Ἰταλιωτίδων.* Alii sunt *Σικελοί*, alii *Σικελιῶται.* Cf. Stephanus Byz. p. 568, 5. Paulo post Groskurdi emendatione adiutus scripserim *πρότερον μὲν οὖν ηὐτύχει [ἥ τε πόλις] καὶ τὸ Φλεγραῖον καλούμενον πεδίον*, quamquam fortasse etiam leniore remedio utaris hoc, ut aut *ὡς* ante *καὶ* excidisse statuas, aut *αὐτή τε* ante *ηὐτύχει.*

V 244 = 387, 15.

Avernum lacum olim inclusum fuisse dicit *ὀφρύσιν ὀρθίαις συνηρεφέσιν ἀγρίᾳ ὕλῃ μεγαλοδένδρῳ καὶ ἀβάτῳ, αἳ κατὰ δεισιδαιμονίαν κατάσκιον ἐποίουν τὸν κόλπον.* Haec intellegerem sic scripta: *αἳ καὶ δεισιδαιμονίαν [τῷ τόπῳ παρεσκεύαζον] καὶ κατάσκιον ἐποίουν τὸν κόλπον.* Quid enim magis religionis horrorem auget quam ingentium arborum umbrae et lucorum caligines? Nisi forte *κατὰ δεισιδαιμονίαν* interpolatori debetur, etiam in sequentibus multis modis, ut mihi quidem videtur, grassato. In iis quae paucis interiectis leguntur, non video quo pacto sua sententiae ratio constet nisi legatur *εἰσέπλεόν γέ τοι προθυσάμενοι καὶ ἱλασάμενοι.* At in Ephori narratione de subterraneis locorum istorum incolis, quos *ἀπὸ μεταλλείας* vitam sustentare dicit, nihil corruptum puto. Quis enim nescit etiam septemtrionalium populorum mythologiam plenam esse narratiunculis de pumilionibus subterraneis fabrilem artem exercentibus et metallicae factitandae peritis?

V 245 = 389, 14.

Τὰς Βαίας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι Βαίου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινός, καὶ τὸν (ita libri) *Μισηνόν.* Postrema, quae alii aliter tentarunt, mihi glossemati simillima ideoque eicienda videntur. In proximis verbis *ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ καὶ αὐτὴ ἡ πόλις*, aliquid offensionis habet pluralis *ἀκταί*, pro quo vide an *ἄκραι* scribendum sit. Pro *Δικαιαρχία* ubique vel invitis libris *Δικαιάρχεια* restituendum puto, quam formam et hic et aliis locis habet cod. C. *Δικαιαρχία* a nullo unquam homine mediocriter graece docto dici potuisse persuasum habeo. Codicibus in huiuscemodi rebus nihil tribuendum, qui cum summa constantia *Ἐρυθία* et id genus alia praebeant dudum a grammaticis correcta, nihil caussae video cur non idem in aliis nominibus a recte scribendi ratione discedentibus facere liceat. Sed de toto hoc nominum genere ad Stephanum Byzantium dicam explicatius.

V 249 = 395, 18.

Sulla ceteris Italiotis devictis Samnitas *σχεδόν τι μόνους συμμένοντας ἑώρα καὶ ὁμοίως ὁμοροῦντας, ὥστε καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν.* Varia tentant viri docti, nihil quod satisfaciat. Mihi vix dubium est quin scribendum sit *ὁμοίως ὁρμῶντας*, i. e. pariter ut antea feroces ad audendum, ut in illo Archilochi apud Hephaest. p. 35. *οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα.* Cf. Dio Cassius 54, 19. *τῷ Μαικήνᾳ ὁμοίως ἔχαιρε*, ne plura afferam. In eiusdem paginae fine (396, 5.) *τοιγάρ τοι* scribendum pro *καὶ γάρ τοι*, quibus particulis nullus hic locus est.

V 250 = 397, 18.

De perdita Campanorum luxurie agens: *ἐπὶ τοσοῦτον*

γὰρ εὖ ἐτρύφησαν ὥστ' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων. Pro εὖ ἐτρύφησαν neque ἐνετρύφησαν scribendum cum Xylandro, neque quod Coraes voluit εὖ delendum est. Strabo scripserat ἐξετρύφησαν.

VI 252 = 401, 16.

Ἔνιοι δὲ τοὔνομα ἀπὸ ποταμοῦ Ἐλέητος. Haec verba loco admodum importuno intrusa esse fatebitur qui superiorum meminerit, ubi de nomine Veliae urbis eiusque caussa egerat, ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαεῖς Ὑέλην, οἱ δὲ Ἕλην ἀπὸ κρήνης τινός, οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσι. Quibus expositis cum de Eleatarum philosophorum disciplina eiusque vi ad animos civium corroborandos, nec non de originibus urbis ex Antiocho copiose disseruisset, non credibile est ad urbis nomen rediisse scriptorem. Ac nescio an ipsum dicendi genus, a reliquo loci colore satis diversum, ista in marginem esse releganda doceat.

VI 253 = 402, 3.

Lao Lucaniae oppido vicinum fuisse dicit τὸ τοῦ Δράκοντος ἡρῷον, ἑνὸς τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων, ἐφ' οὗ ὁ χρησμὸς τοῖς Ἰταλιώταις ἐγένετο ‚Λάϊον ἀμφὶ Δράκοντα πολύν ποτε λαὸν ὀλεῖσθαι'. Draco iste primitus fortasse nihil fuit quam ipse Laus amnis; conicias id ex dei responso, qui si heroem intellegi voluisset, dubito num ἀμφί praepositione usus esset. Fluvium autem draconis nomine significari non mirum est; quid enim amni serpentum lapsu similius? Cf. Strabo 10 p. 458. δράκοντι ἐοικότα τὸν Ἀχελῷον λέγεσθαί φασι διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν σκολιότητα. Quam in rem uti licebit etiam Hesiodi versu de Cephiso apud Strab. 9 p. 424. ὡς δι' ὅλης ῥέοι τῆς Φωκίδος σκολιῶς καὶ δρακοντοειδῶς

παρὲκ Πανοπῆα διὰ Γλήχωνά τ' ἐρυμνήν,
καί τε δι' Ἐρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι δράκων ὥς.

Atque Oronti Syriae fluvio antiquitus *Δράκοντος* nomen fuisse ex Arriano, ut alio loco docebo, memoriae prodidit Eustathius ad Dionysii Per. 319. Add. Ruhnkenius Epist. crit. I p. 106. Oraculo isti proxime haec Strabo infert: *ἐπὶ γὰρ ταύτην [τὴν] Λᾶον στρατεύσαντες οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνες ἠτύχησαν ἐξαπατηθέντες τῷ χρησμῷ.* Ubi *τὴν* contra librorum fidem recte illatum dicerem, si praeter Italicam Laum aliam eiusdem nominis urbem commemoratam scirem, quo pacto oraculum illud simile evaderet ei, quo Dodonaeus deus fefellit Alexandrum Molossum in nominis ambiguitate ludens: *Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ Πανδοσίαν θ' ὅθι σοι θάνατος πεπρωμένος ἐστίν*, de quo cf. Casaubonum ad Strab. p. 256. Scribendum igitur aut *ἐπὶ γὰρ τὴν Λᾶον στρατεύσαντες*, aut omisso *Λᾶον*, pro quo *λαοί* in libris scriptum est, *ἐπὶ γὰρ ταύτην στρατεύσαντες.* Non in nominis igitur ambiguitate divinae sortis amphibolia versabatur, sed in verbis *πολύς ποτε λαὸς ὀλεῖται*, sive *πολὺν ποτε λαὸν ὀλέσσεις.* Horum enim alterum utrum dixisse deus putandus est.

VI 253 = 402, 21.

Hoc loco recte opinor *μάλιστα* pro *μετά* et *πρότερον* pro *ὕστερον* viri docti restituunt; sed praeterea scribendum aut *μάλιστα δὲ τοὺς Ἕλληνας, οἳ πρότερον μέν γε καὶ τῆς*, aut *πρότερον μὲν γὰρ οὗτοι καὶ τῆς* —

VI 254 = 403, 23.

Πετηλία μὲν οὖν μητρόπολις νομίζεται τῶν Λευκανῶν — ἐρυμνὴ δ' ἐστίν, ὥστε καὶ Σαυνῖταί ποτε φρουρίοις ἐπετείχισαν αὐτήν. Rectissime, Kramerus reliquorum conamina repressit, quem etiam illud verissime dixisse existimo, in *φρουρίοις* gentis nomen latere. Is enim constans verbi *ἐπιτειχίζειν* usus est, ut simul contra quos

castellum aliquod munitum sit addatur. v. Wesseling. ad Diodorum Sicel. 12, 44. Wyttenbach. ad Iuliani Orat. I p. 7. c. Nec vero *Βρεττίοις* scribendum est, sed *Θουρίοις*. Spectant enim haec ad atrocissimum bellum Thuriorum cum Samnitibus seu Lucanis gestum, de quo ipse Strabo lib. 6 p. 263. *Θούριοι δ' εὐτυχήσαντες πολὺν χρόνον ὑπὸ Λευκανῶν ἠνδραποδίσθησαν.* Cf. Heynius Opusc. Acad. vol. 2 p. 141.

VI 255 = 406, 11.

Apud Temesam Politae fuit heroon, *ὃν δολοφονηθέντα ὑπὸ τῶν βαρβάρων γενέσθαι βαρύμηνιν, ὥστε τοὺς περιοίκους δασμολογεῖν αὐτῷ κατά τι λόγιον, καὶ παροιμίαν εἶναι πρὸς αὐτοὺς μηδεὶς τὸν ἥρωα τὸν ἐν Τεμέσῃ λεγόντων ἐπικεῖσθαι αὐτοῖς.* Vix ullus scriptoris locus hoc intricatior habitus est, de quo missis aliorum opinionibus breviter quae ipse sentio proponam, hoc unum praefatus, frustra viros doctos Strabonis relationem cum Pausania et paroemiarum scriptoribus, qui aliam et suam quisque rationem secuti sunt, conciliare conatos esse. Iusserat igitur oraculum *τοὺς περιοίκους δασμολογεῖν* Politae heroi, quod negotium quibus commissum erat cum propter Politae iram tributa, ut fieri solet, asperius a refractariolis exigerent et importunos sese saevosque exactores praeberent, hinc factum est, ut homines malevoli et importune molesti ab heroe Temesaeo exagitari dicerentur. Proinde scribendum videtur *καὶ παροιμίαν εἶναι πρὸς τοὺς ἀηδεῖς, τὸν ἥρωα* etc. Haud dissimilis huic Buttmanni est emendatio *πρὸς τοὺς ἀνηλεεῖς*, sed in aliam sententiam accepta. Paucis interiectis Strabo ita pergit: *ταύτης δὲ τῆς Τεμέσης φασὶ μεμνῆσθαι τὸν ποιητήν, οὐ τῆς ἐν Κύπρῳ Ταμασοῦ· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως τὸ ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν'.*

Haec postrema intellegerem equidem, si *γράφεται* scriptum esset pro *λέγεται*. Fuisse enim qui in Homerico loco *Τάμασον* rescriberent ex Stephano Byz. p. 599, 8. intellegitur. Sed ea audacior fuerit coniectura et plures ob causas non probanda. Mihi quidem multo credibilius videtur, Homerico exemplo reciso scriptoris verba ita esse refingenda: *οὐ τῆς ἐν Κύπρῳ Ταμασσοῦ* [*ἢ Ταμάσου,*] *λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως*. Sic enim, ad varias eiusdem nominis species indicandas, uti solet hac forma dicendi Strabo, ut lib. 7 p. 328. *τὸ ὄρος ὁ Τόμαρος ἢ Τμάρος, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως*. lib. 8 p. 353. *τὰ Γέρηνα ἢ τὴν Γερηνίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως*. lib. 9 p. 424. *τοὺς Παραποταμίους ἢ τὴν Παραποταμίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως*. ib. p. 443. *τὸ Ὁμόλιον ἢ τὴν Ὁμόλην, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως*. Mitto alia exempla. Pro *Ταμασσοῦ* vulgo legitur *Ταμασοῦ*. cod. A *Ταμασσου* (sic), C *Ταμάσσου*. *Ταμασσός* librorum scriptura est apud Strab. 14 p. 684. De utraque forma dixi ad Stephanum Byz. l. l.

VI 256 = 407, 16.

Hipponium Romani *μετωνόμασαν Οὐιβῶναν Οὐαλεντίαν*. Assentior corrigentibus *Οὐιβῶνα*. Edita scriptura repetenda ex more dicendi aetatis serioris, quo *νύκταν, θυγατέραν, ἄνδραν* et similia dicebant. V. Lobeck. Paral. p. 142. Nec omittendum in margine cod. A notari *τὴν νῦν βιβῶναν λεγομένην*. Apud Stephanum Byz. p. 336, 17. partem veri vidit Xylander; scribendum enim *Οὐιβὼν Οὐαλεντία*. De huius urbis promontorio intellego Aelianum HA. 15, 13. *ἐν δὲ τῷ ῥίῳ τῷ Βιβωνικῷ θύννων ἔθνη μυρία*, qui locus vix dici potest quantopere doctissimos editores vexarit. Libri fere *Βυβωνικῷ* i. e. *Οὐιβωνικῷ*. Thynnorum ibi plurimam fuisse capturam ex Archestrato intellegitur apud Athen. 7 p. 302 a.

VI 256 = 408, 9.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Μεταύρου ποταμοῦ Μέταυρος ἕτερος. In his *Μέταυρος* nihil aliud esse videtur nisi dittographia sequentis *ἕτερος*. Post Metaurum amnem alium amnem sequi dicit, cuius nomen propter ignobilitatem reticuit scriptor cum ignoraret. Similiter lib. 16 p. 774. *εἶτ' ἄλλος ποταμός.* Eodem redit Cluveri crisis, nisi quod pro *Μέταυρος* rescribi voluit *ποταμός*, coniectura, ut mihi quidem videtur, vix plausibili.

VI 258 = 411, 14.

Postquam Dionysius Syracusanorum tyrannus Rhegium diruerat, *ὁ υἱὸς αὐτοῦ μέρος τι τοῦ κτίσματος ἀναλαβὼν Φοιβίαν ἐκάλεσεν.* Nominis caussam non video quaesitam ab interpretibus. Nimirum Dionysius iunior Apollinis se filium ferebat ex matre Doride, testante Plutarcho de Alexandri virt. et fort. p. 338 b. *Διονύσιος δὲ ὁ νεώτερος Ἀπόλλωνος υἱὸν ἑαυτὸν ὠνόμασεν ἐπιγράψας Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστών'.* Add. Epist. Socr. 35. ubi *πάνυ ἀξιήκοοι συνουσίαι ἀνδρὸς Φοίβου κοινώμασι βλαστόντος* commemorantur. Ceterum rectius fortasse fuerit *Φοίβειαν* scribere.

VI 259 = 412, 10.

Ἵδρυται δ' ἡ πόλις ἐπ' ὀφρύος, ἣν Ἐσῶπιν καλοῦσιν. De Locris haec dicuntur Epizephyriis; sed pro *Ἐσῶπιν* scribendum haud dubie *Ἐπῶπιν*. Hoc enim nomen, non item alterum, Graeci locis, a quibus late prospectus pateret, indere solebant. Epopos montis nomen est in Pithecusis apud Plinium NH. 2, 89. qui *Ἐπωμεύς* male dicitur in libris Strabonis lib. 5 p. 248. Eodem Ephyrae nomen revocandum esse monui ad Stephanum Byz. p. 275, 3. In sequentibus de foeda Dionysii tyranni in Locricas

virgines petulantia exponit: ὅς γε προεγάμει (ante nuptias corrumpebat) παρεισιὼν εἰς τὸ δωμάτιον τὰς νυμφοστολισθείσας, συναγαγὼν δὲ τὰς ὡραίας παρθένους περιστερὰς ὁλοπτέρους ἐν τοῖς συμποσίοις ἠφίει κἀκείνας ἐκέλευσε γυρεύειν γυμνάς. In his primum pro νυμφοστολισθείσας, quod analogiae repugnat, ex epitome scribendum νυμφοστοληθείσας. Simili errore lib. 9 p. 414=262, 17. legitur πολυχρηματίσαντας, quod πολυχρηματήσαντας scribendum est. Tum plane non intellegitur quae tandem columbae ὁλόπτεροι vocari possint, si quidem ὁλόπτερα a naturalium rerum studiosis dicuntur insecta non fissas, sed integras alas et continuas habentia. Cf. Schneiderus ad Aristotelis HA. vol. 1 p. 21 sq. quod quo sensu ad columbas transferri possit nemo dixerit. At Strabo scripserat κολοπτέρους, idque unice Dionysii consilio accommodatum erat. Vocem alias non obviam satis tuetur quod Plutarchus Flam. 21. dixit κόλουρος ὄρνις καὶ ἀπτήν. Denique γυρεύειν ex θηρεύειν corruptum videtur. In iis quae his proxime inferuntur ambigi video quae sint σανδάλια ἄζυγα, quamvis ea de imparibus calceis intellegi debere res ipsa doceat.

VI 260 = 413, 12.

De Zaleuci legibus agens: τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν, ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν, ἡγούμενος τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν, δεῖν δὲ τὰς αὐτάς. Ita haec in libris scripta sunt, sententia, ut mihi quidem videtur, perversa et fere dixerim puerili. Atqui apertum est τὰς μὲν γνώμας poscere sibi oppositionem, quae cum non alia esse possit quam τὰς δὲ ζημίας, hoc ipsum excidisse arbitror post τῶν αὐτῶν in hunc modum: τὰς μὲν γνώμας τῶν δικα-

στῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν, [τὰς δὲ ζημίας] δεῖν εἶναι τὰς αὐτάς. Atque in hanc sententiam Zaleuci legem interpretatus est iam Heynius Opusc. Acad. vol. 2 p. 37.

VI 261 = 414, 22.

Μετὰ δὲ Λοκροὺς Σάγρας, ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσιν, ἐφ' οὗ βωμοὶ Διοσκούρων, περὶ οὓς Λοκροὶ — ἐνίκησαν. De Dioscurorum in pugna Sagrensi praesentia dictum ad Fragm. Comic. graec. vol. 2 p. 1231 sqq. Sed de nomine fluminis ambigitur, quod cum Strabo disertim θηλυκῶς efferri dicat, permirum tamen est Σάγρας appellari i. e. ea forma efferri, quae nisi masculine dici non potest. Ac ne ἡ Τάρας obvertas, de quo Stephanus Byz. p. 603, 3. admonuit, id urbis nomen est eidemque legi subiectum, qua Σελινοῦς Τειχιοῦς et alia innumera utroque genere dicuntur, prout πόλις aut subaudias aut non subaudias. Scribendum igitur Σάγρα, ut recte legitur in epitome. Atque haec sola forma est, qua scriptores usi sunt; nec masculini ὁ Σάγρας ullum exemplum est. Ipse Strabo infra p. 415, 6. μετὰ τὴν Σάγραν. Photius Lex. p. 496, 1. Σάγρα, ποταμὸς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τόπος, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρα, i. e. Σάγρᾳ. Eustathius ad Hom. p. 278, 5. ποταμὸς τῆς Λοκρίδος ἡ Σάγρα. Zenobius Prov. 2, 14. Σάγρα δ' ἐστὶ ποταμός, ἐν ᾧ τὴν μάχην ἐνίκησαν οἱ Λοκροί, ubi aut τόπος scribendum aut ἐφ' ᾧ. Denique Plinius NH. 3, 10. memoratu digna Locris Sagra. Mitto enim ceteros, in quibus Σάγρᾳ dativus est, genere ambiguo. Certum igitur est Strabonem scripsisse Σάγρα, nec offensioni esse possunt quae sequuntur masculina ὃν et ἐφ' οὗ, ad quae ποταμός subaudiendum, nisi id ipsum excidisse dicas Σάγρα [ποταμό]ς, ὃν —. Ceterum

haec Strabonis de genere admonitio spectat eo, quod ipse supra libro 5 p. 242. cognominem fluvium τὸν Σάγρὸν commemoravit, Frentanos a Pelignis disterminantem.

VI 261 = 415, 10.

Μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον, ἄποικος Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μενεσθέως, Κροτωνιατῶν δ' ἐχόντων Διονύσιος Λοκροῖς μέρος ὥρισεν. Haec grammatice intellegi non possunt nisi scribatur *Λοκροῖς προσώρισεν*, quo verbo frequentissime in simili caussa utitur Strabo, cuius vide lib. 4 p. 177. 9 p. 425. 17 p. 840 etc.

VI 262 = 416, 18.

Postquam Neaethum amnem ab incendio, quo Troianae captivae Graecorum naves consumpserunt, denominatum esse dixit, in hunc modum pergit scriptor: *εὐθὺς δὲ καὶ ἄλλων πλειόνων εἰσαφικνουμένων καὶ ζηλούντων ἐκείνους κατὰ τὸ ὁμόφυλον, πολλὰς κατοικίας γενέσθαι (φασὶν) ὧν αἱ πλείους ἐπώνυμοι τῶν Τρώων ἐγένοντο.* Coloniis illis post Troiae excidium in Italia conditis Graecos victores a victis Troianis nomina imposuisse et per se incredibile est nec historiae monumentis ullo modo confirmatur. Cedo vel unum exemplum, et si non vera at tamen veri similia scriptorem tradidisse fatebor. Accedit quod illud *ἐπώνυμοι* nullam auctoritatem habet, sed merae coniecturae deberi videtur; nam cod. A. habet *ὁμώνυμοι*, quo etiam augetur rei absurditas. Non dubium igitur quin vetus et grave vitium hic lateat, quod vide an ita recte sustulerim: *ὧν αἱ πλείους ὁμώνυμοι τῶν ποταμῶν ἐγένοντο.* Dicit igitur plerasque illas civitates fluminibus, ad quae condita erant, fuisse cognomines; atque ita rem esse docent exempla urbium Siris, Tarenti, Thuriorum, Sybaris, Lai, Medmae, Literni, Vulturni, Bu-

xenti et aliarum. Ceterum fuit ea iam Duridis Samii observatio servata illa a Stephano Byz. p. 62, 11. φησὶ γὰρ Δοῦρις ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται — ὡς καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. Haec si recte disputata sunt, simul intellegitur ea quae statim his subiciuntur, καὶ ποταμὸς δὲ Νέαιθος ἀπὸ τοῦ πάθους τὴν προσωνυμίαν ἔσχεν, ineptissimum esse interpolatoris additamentum, qui vitiosam scripturam τῶν Τρώων in suo iam libro repererat. Quamquam ista quidem verba etiam per se spectata suspecta sunt; quo accedit quod vocabulum προσωνυμία eo sensu hic usurpatum est, quo a recte loquentibus usurpari non potuit: nisi forte emblematis auctor ἐπωνυμίαν scripsit, quo Strabo de eadem re paulo superius (416, 12) usus est: Νέαιθος, ὧν τὴν ἐπωνυμίαν γενέσθαι φασὶν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ubi pro ὧν non οὗ scribendum est, ut voluit Coraes, sed ᾧ.

VI 262 = 417, 1.

Φησὶ δ' Ἀντίοχος, τοῦ θεοῦ φήσαντος Ἀχαιοῖς Κρότωνα κτίζειν, ἀπελθεῖν Μύσκελλον. Pro φήσαντος Strabo scripserat χρήσαντος, ut legitur in epitome. Mox unice verum est εἰ λῷον εἴη, quod ex solenni oracula consulentium formula dictum est. V. Lobeckii. Aglaoph. p. 1095. Cfr. Strabo 8 p. 380. In oraculo autem quod subicitur:

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ θεὸν ἄλλο ματεύων
κλάσματα θηρεύεις· δῶρον δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαινεῖν,

parum placet βραχύνωτε, quod dubitari potest num de ὑποκύφῳ recte dicatur; ac cum in cod. Diodori Exc. Vatic. p. 8 scriptum sit Μύσκελλε καλὰν ὥστε, haud temere Lobeckius Path. p. 136. Μύσκελλ' ἀγκυλόνωτε scribendum coniecit. Praeterea cum pro παρὲκ libri habeant πάρες, fortasse παρεὶς scribendum. Quod altero versu

legitur κλάσματα, ad κλαύσματα i. e. κλαύματα ducit, ut alibi legitur. In sequentibus Crotoniatarum laudes celebrantur, Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Quam in rem non indignus memoratu versus est incerti scriptoris apud Scholiastam Theocriti Id. 4, 33. μάταια τἆλλα πρὸς Κρότων' ἔστ' ἄστεα. At ibidem (417, 19) scriptoris verba iterum parum apto emblemate aucta sunt: τὴν παροιμίαν ὑγιέστερον Κρότωνος λέγουσαν ἐντεῦθεν εἰρῆσθαί φασιν, ὡς τοῦ τόπου πρὸς ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντός τι φορὸν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀθλητῶν. Quorum postremis laudabo qui probabilem sententiam extuderit. De consimilibus additamentis supra diximus p. 14.

VI 263 = 418, 13.

De Sybari urbe: οἰκιστὴς δ' αὐτῆς ὁ Ἰσ... Ἑλικεύς. In codice haec ita scripta sunt ὁ ἰσελικεύς, in quibus si lineolam addideris super ς, emergit ὁ Ἶσος Ἑλικεύς. Similiter p. 427, 15. Ποσιδῶνι in cod. scriptum est pro Ποσειδώνιος, et ut de Latinis exemplum afferam, me pro meus apud Catullum Carm. 21, 10. cuius versiculi ita videntur refingi posse: Nunc ipsum id doleo, quod esurire Meus mi puer et sitire discet. De nomine Ἶσος dixi in Relat. menstr. Acad. Berol. 1850 p. 254. At fortasse ne hac quidem mutatione opus est, sed scribendum ut in codice habetur ὁ Ἶς Ἑλικεύς. Nullum quidem huius nominis exemplum habeo; at commode conferri potest nomen Ἴσχυς. In proximis de eadem civitate verbis τεττάρων ἐθνῶν τῶν πλησίον ὑπῆρξε, scribendum est ἐπῆρξε. Ibidem non offensione caret subitus a singulari numero ad pluralem transitus, quem ita facillime tollere licebit, si τριάκοντα μυριάδες (pro μυριάσιν) ἐστράτευσαν scripseris, quibus interpositis iam recte pergere potuit συνεπλή-

ρουν οἰκοῦντες scil. *οἱ Συβαρῖται.* Infinitivi, quos E habet, correctori debentur parum felici. Nisi potius ceteris servatis *ἐστράτευσεν* scribendum. Nec reliqua, in quibus scriptor Sybaritarum fata prosequitur, vitii sunt immunia, praesertim haec de Atheniensibus dicta: *οἳ συνοικήσαντες μὲν ἐκείνοις ἀφίκοντο, καταφρονήσαντες δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν διεχειρίσαντο, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν.* Ubi post *τοὺς μὲν διεχειρίσαντο* excidisse videtur *τοὺς δὲ ἠνδραποδίσαντο.* Quale quid ut grammatica ratio postulat, ita ne veri quidem simile est Athenienses eo usque crudelitatis processisse, ut omnes trucidarent; alioqui possis etiam ita corrigere: *καταφρονήσαντες δ' αὐτοὺς μὲν διεχειρίσαντο*, in quo *καταφρονήσαντες* absolute positum esset sumto spiritu, ut apud Amphidem Athen. 13 p. 559 a. *ἡ μὲν νόμῳ γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει*, et ipsum adeo Strabonem lib. 17 p. 820. *οἱ Αἰθίοπες καταφρονήσαντες ἐπῆλθον τῇ Θηβαΐδι.* Cf. F. A. Wolfium ad Xenophontis Hellen. 4, 5, 12.

VI 264 = 419, 22.

Ἰταμὸν μὲν οὖν τὸ οὕτω μυθεύειν, ὥστε μὴ καταμύσαι φαινόμενον, καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ἰλίῳ ἀποστραφῆναι κατὰ τὸν Κασάνδρας βιασμόν, ἀλλὰ καὶ καταμύον δείκνυσθαι. Multas haec criticorum coniecturas pepererunt, quorum Xylander *ὥστε μὴ μόνον καταμῦσαι φαινόμενον*, Coraes *ὥστε μὴ καταμῦσαι φανῆναι μόνον*, Kramerus *ὥστε μὴ καταμῦσαι φάναι μόνον* coniecit. Qui quod *μόνον* requirunt, fefellisse eos videtur dicendi usus, cuius exemplum certissimum ipse Strabo habet lib. 5 p. 213 = 336, 7. *οὐ μέντοι ᾤκησαν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ τοὔνομα τῷ κτίσματι κατέλιπον*, ubi item critici *μόνον* inseri voluerunt. Cf. Lucianus dial. deor. 21, 1. *οὐ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ.* Longinus Subl. 35.

οὐ γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν. ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει. Neque aliter scriptores latini, ut Cicero ND. 2, 64. nec vero supra terram, sed etiam in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet utilitas. Florus Hist. 2, 2. nec cum hominibus, sed cum monstris dimicatum est. Ac prorsus eiusdem generis est tritum *οὐχ ὅτι — ἀλλὰ καί*. Nolim vero in his et similibus ad ellipsin confugere, sed est arguta quaedam et emphatica orationis brevitas. Ita Strabo dixerit: protervum est fabulari, ut dea[illegible] dico oculos clauserit indignabunda (id enim non mirum est), verum etiam nunc clausis oculis eam ostendi; *ἀναινόμενον* enim, i. e. facinus aversans, pro *φαινόμενον*, et *ὡς* pro *ὥστε* scribendum esse conicio, ut *καταμύσαι* sit optativus. Praeterea articulus ante *ἐν Ἰλίῳ* ferri non potest; neque enim diversum esse putabatur Iliacum deae simulacrum ab eo, quod apud Siritas ostendebatur.

VI 266 = 423, 17.

Ὅσα σκαληνὰ καὶ ὧν οὐδεμία πλευρὰ [οὐδεμιᾷ] τῶν τοῦ παραλληλογράμμου ἐφαρμόττει. *οὐδεμιᾷ* codd. omittunt recteque addidit Coraes; sed praeterea addendum videtur *πλευρᾷ*. Sic enim mathematici loquuntur, *οὐδεμία πλευρὰ οὐδεμιᾷ πλευρᾷ ἐφαρμόττει.* Atque ita etiam apertior est erroris caussa.

VI 266 = 423, 19.

Ὅμως δ' οὖν τῆς Σικελίας τῇ Ἰταλίᾳ πρὸς νότον κειμένης ἡ Πελωριὰς ἀρκτικωτάτη λέγοιτ' ἂν καλῶς τῶν τριῶν γωνιῶν, ὥσθ' ἡ ἐπιζευγνυμένη ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸν Πάχυνον, [ὂν] ἐκκεῖσθαι πρὸς ἕω ἔφαμεν, [ἅμα] πρὸς ἄρκτον βλέπουσα ποιήσει τὴν πλευρὰν τὴν πρὸς τὸν πορθμόν. Ita haec legenda videntur, in quibus *ἐν τοῖς*, quod

libri post οὖν habent, Coraes recte omisit. Tum ὃν excidisse vidit Ferdinandus Ranke, quo suasore etiam ἔφαμεν scripsi pro φαμέν. Respicit scriptor ea quae supra p. 265. dixit. Post ποιήσει libri habent δέ, quo servato Rankius βλέποι ἂν scribebat pro βλέπουσαν (sic enim libri), quod ex meis rationibus βλέπουσα scribendum erat, addito quo codices carent ἅμα. τήν, quod ante πρὸς legitur, Coraes restituit pro καί. Etiam sequentia verba: δεῖ δ' ἐπιστροφὴν μικρὰν λαμβάνειν πρὸς χειμερινὰς ἀνατολάς, non sine vitio esse videntur ac nescio an δοκεῖ scribendum sit pro δεῖ.

VI 267 = 425, 9.

Αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα, ὅπου καὶ αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ συνελθοῦσαι πάντων καταρρεόντων ἐκ τῆς Αἴτνης εἰς εὐλίμενα στόματα. Naxus non inter Catanam et Syracusas sita erat, sed inter Catanam et Tauromenium. Is igitur ipsius Strabonis error est; quae vero sequuntur gravibus corruptelis laborare, vel orationis vitiositas arguit. Nam cum αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ scriptum sit, manifesto desideratur aliquid, quo quinam illi fluvii sint accuratius indicetur. Quo accedit quod non πάντων in cod. A scriptum est, sed καὶ πάντα, quod utut vitiosum revocandum est, dum cetera ad saniorem rationem revocata fuerint. Mirum item videri debet, quod fluvii illi in sua ipsi ostia effundi dicuntur. Augentur etiam turbae sequentibus verbis: ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τῆς Ξιφωνίας *)

*) Haec enim unice vera est huius nominis scriptura, non Ξιφονία, quae forma explicari non potest. Nomen promontorio aut a gladii similitudine inditum est, quemadmodum Ξιφήρης portus nomen fuit in finibus Rheginorum, ut ex Aeschylo tradunt Hesychius et Orion, aut ad nescio quem Ξίφωνα revocandum est.

ἀκρωτήριον. Itaque omnia ista de fluviis illis allata non ad Naxum Straboni spectant, sed ad Megara; apud Megara autem nulli in mare erumpunt neque possunt erumpere amnes ex Aetna effusi. Vides summam hic esse omnium rerum perturbationem, quam gaudebo si cui felici emendatione tollere continget.

VI 268 = 426, 13.

Δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τῷ πόρῳ, βάθ[illegible]ιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν [illegible]φυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης. Non ferendum esse *εὐφυῶς* qui recte intellexit Coraes, non recte tamen scripsit *εὐθέως*. Paulo melius esset *εὐπετῶς*, quo similiter usus est Strabo lib. 3 p. 143. At scribendum potius *φυσικῶς*, quod etiam aliis locis Strabo in re simili dixit, velut lib. 7 p. 320. de pelamyde: *τῶν τόπων εὐφυῶν ὄντων πρὸς τὸ τὸν ἐκεῖ ῥοῦν τῆς θαλάττης ἐπὶ τὸ Βυζάντιον τετράφθαι, φυσικῶς συνελαύνεται δεῦρο καὶ παρέχει τοῖς Βυζαντίοις πρόσοδον ἀξιόλογον*. Sic enim distinguendum est, non ut *φυσικῶς* praecedentibus iungatur.

VI 269 = 427, 15.

Ὅταν τε, φησὶ Ποσειδώνιος, γίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος. Ita virorum doctorum emendationibus adiutus haec scribenda arbitror.

VI 269 = 428, 15.

Ἅμα δὲ Μύσκελλόν τέ φασιν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν καὶ τὸν Ἀρχίαν· χρηστηριαζομένων δ᾽ ἐρέσθαι τὸν θεὸν πότερον αἱροῦνται ὑγίειαν ἢ πλοῦτον. Ita haec commodissime mihi constitui posse videntur. In proverbio de ho-

minibus sumptuosis, quod in sequentibus scriptor memorat, *ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη*, verbum *ἐκγένοιτο* verissime Kramerus neminem adhuc ita explicuisse dicit ut satisfecerit. Nec tamen probaverim quod ipse coniecit *ἐκλέγοιτο*, ac nescio an non potius *ἐξικνοῖτο* vel *ἐξίκοιτο* scribendum sit: ne Syracusanorum quidem decimam eorum sumptibus sufficere.

VI 270 = 430, 5.

Ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον οὖσα, κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν. Abundare participium *οὖσα* intellexit scriba cod. Eton. qui *πρόσγειος* in margine addidit. Corrigendum potius *ἤπειρον* [*ὁμορ*]*οῦσα*, quod recte dici de insula continenti vicina docet Nicander apud Schol. Apollonii Rhod. 1, 419. eandem Ortygiam vocans *ὁμοτέρμονα νῆσον Σικελίης*, de quo loco dixit Hermannus Opusc. vol. 4 p. 247. afferens ille etiam Strab. 16 p. 738. Nec dissimile est quod lib. 9 p. 393. dicit Salaminem urbem sitam esse *ἐπὶ χερρονησοειδοῦς τόπου συνάπτοντος πρὸς τὴν Ἀττικήν*, vel lib. 14 p. 681. ubi Cypri insulae *μέρη προσάρκτια* memorat *συνάπτοντα τῇ Κιλικίᾳ*, vel quod lib. 9 p. 404. legitur *τῆς Βοιωτιακῆς παραλίας τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ*, ubi ne quis *Εὔβοιαν* scribendum putet prohibet simillimus locus lib. 10 p. 446. *τῷ κατὰ Σαλαμῖνα ὄρει τῷ πρὸς τῇ Ἀττικῇ*. At in Hermesianactis Eleg. 1, 55. non probari potest Hermanni emendatio prae eo quod alius vir doctus scribendum esse vidit *τὸ δὲ Μύσιον εἴσιδε Λεκτόν*, de cuius emendationis veritate tanto minus dubitandi caussa erat, quo certius constat, iis quibus Hermesianax scripsit temporibus Mysiae nomen ad Lectum usque totumque illum terrarum tractum pertinuisse.

ἀκρωτήριον. Itaque omnia ista de fluv- ... ι γῆς
ad Naxum Straboni spectant, sed ad- ... sentur
gara autem nulli in mare erumpur ... in mar-
pere amnes ex Aetna effusi. ... m in re-
omnium rerum perturbationem ... /eant gra-
lici emendatione tollere co- ... videantur.

VI ... , 12. legun- ... ιda videntur:

Δείκνυται δὲ καὶ ... ἐν τῷ πόρῳ, βά- ... πόρων. πορθμοῦ κατά- ... μετὰ συστρο- ... = 431, 25.

εὐφυῶς qu- ... δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν οἱ τὸν Ἰνω-
psit εὐθ- ... ῖλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες. Ἀλφειὸν δὲ
usus ... ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Τενεδίων ἐγκωμίῳ φησὶν ἐκ Τε-
σιν ... ῥεῖν, ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον. Ἴβυ-
... δὲ τὸν ἐν Σικυῶνι Ἀσωπὸν ἐκ Φρυγίας ῥεῖν φησι.
Haec per se spectata neque doctrinae neque ingenii laude carent; quis enim neget argute dictum esse illud ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον, cum ipse Zoilus de Alpheo amne ea commentus sit, quae omnem fidem excedant. Quo magis mirandum est Wolfium Prol. Hom. p. 192. ista expungi voluisse. Nihilominus totam annotationem, quae quam incommode institutam orationem interpellat neminem fugere potest, qui locum paullo intentius inspexerit, a Strabone abiudicandam arbitror; mirum etiam videri debet, quod Alphei cursus in his ipsis sic memoratur ac si nulla eius in superioribus mentio facta esset.

VI 272 = 432, 24.

Ἄλαισα καὶ Τυνδαρὶς καὶ τὸ τῶν Αἰγεστέων (Αἰγεσταίων) ἐμπόριον καὶ Κεφαλοίδιον. Pro *Κεφαλοίδιον* li-

φαλοίδεις, nisi quod in B. a manu secunda ιον
syllabae superscriptum est. Ea vero aperta est
arum accurate docti correctio. Strabo enim
'εφαλοιδίς, ut appellant hoc oppidum Plinius
'olemaeus Geogr. 3, 4. Archestratus apud
7 p. 302a. cuius haec verba sunt:

κλυτῇ νήσῳ Κεφαλοιδὶς ἀμείνους
ἔφει θύννους καὶ Τυνδαρὶς ἀκτή,

t Κεφαλοίδεις, ipsis numeris quid
Adde scholiasten Theocriti Id.
.ιοταμὸς Σικελίας, ἐφ' ᾧ μυθεύεται
.ας ἐκ τῆς Ἐρυθείας βοῦς ἐλαύνων ἐνταῦθα
.ικέσθαι. γενομένου δὲ χειμῶνος ἀνυπερβλήτου τὸν ποταμὸν
χῶσαι καὶ ἐπίπεδον ποιῆσαι, ἐφ' ὃν οἱ Κέφαλοι
διαδείκνυνται κατοικοῦντες. Ubi cum dudum ego Κεφαλοιδίδα
δείκνυνται correxissem, nunc in idem incidisse
Dübnerum video, nisi quod Κεφαλοίδιον scripsit, qua
forma usus est anonymus Chorographus apud Strabonem
lib. 6 p. 266. Diodorus Sic. 14, 56 et 78. et 20, 56. Similiter
fluctuat scriptura nominis Τυνδαρίς, quae Τυνδάριον
dicitur Ptolemaeo Geogr. 3, 4. et Tindareo in tabula
Peutingerana. Ceterum in loco scholiastae nunc verum
arbitror quod ad verborum structuram haud paulo aptius
est οἱ Κεφαλοίδιοι δείκνυνται κατοικοῦντες, quod gentilicium
a Κεφαλοίδιον formatum est, ut Βυζάντιοι a Βυζάντιον
ed id genus alia, de quibus aliquoties admonuit
Stephanus in Ethnicis. Cephaloedias ora est apud
Silium Ital. 14, 273.

VI 274 = 435, 17.

Κλειόμενον ὀφρύι τεφρώδει τειχίον τὸ ὕψος ἔχοντι.
Non scripserim hic ἐχούσῃ, cum ὀφρύς a sequioris aetatis
scriptoribus masculino genere dictum esse pluribus

VI 271 = 431, 2.

῞Ομως τό γε ἐπὶ πλέον, εἰ καταδύνει εἰς τὸ κατὰ γῆς ῥεῖθρον. Haec verba cum scriptoris consilio adversentur totiusque argumentationis vim mirifice infringant, in marginem reicienda videntur. Ac fatendum est etiam in reliquis haud pauca esse, quae dubitationes moveant gravissimas et interpolatoris manum experta esse videantur. Alia etiam fortasse corrupta sunt. Quae 431, 12. leguntur, propius ad codicum fidem sic scribenda videntur: *οὐχ ὅτι τῷ τοσούτῳ τε καὶ διὰ τοσούτων πόρων.*

VI 271 = 431, 25.

᾿Επιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν οἱ τὸν ᾿Ινωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες. ᾿Αλφειὸν δὲ Ζωίλος ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Τενεδίων ἐγκωμίῳ φησὶν ἐκ Τενέδου ῥεῖν, ὁ τὸν ῞Ομηρον ψέγων ὡς μυθογράφον. ῎Ιβυκος δὲ τὸν ἐν Σικυῶνι ᾿Ασωπὸν ἐκ Φρυγίας ῥεῖν φησι. Haec per se spectata neque doctrinae neque ingenii laude carent; quis enim neget argute dictum esse illud *ὁ τὸν ῞Ομηρον ψέγων ὡς μυθογράφον*, cum ipse Zoilus de Alpheo amne ea commentus sit, quae omnem fidem excedant. Quo magis mirandum est Wolfium Prol. Hom. p. 192. ista expungi voluisse. Nihilominus totam annotationem, quae quam incommode institutam orationem interpellat neminem fugere potest, qui locum paullo intentius inspexerit, a Strabone abiudicandam arbitror; mirum etiam videri debet, quod Alphei cursus in his ipsis sic memoratur ac si nulla eius in superioribus mentio facta esset.

VI 272 = 432, 24.

῎Αλαισα καὶ Τυνδαρὶς καὶ τὸ τῶν Αἰγεστέων (Αἰγεσταίων) ἐμπόριον καὶ Κεφαλοίδιον. Pro *Κεφαλοίδιον* li-

bri *Κεφαλοίδεις*, nisi quod in B. a manu secunda *ιον* ultimae syllabae superscriptum est. Ea vero aperta est hominis parum accurate docti correctio. Strabo enim scripserat *Κεφαλοιδὶς*, ut appellant hoc oppidum Plinius NH. 3, 8. Ptolemaeus Geogr. 3, 4. Archestratus apud Athenaeum lib. 7 p. 302a. cuius haec verba sunt:

ἐν Σικελῶν τε κλυτῇ νήσῳ Κεφαλοιδὶς ἀμείνους
πολλῷ τῶνδε τρέφει θύννους καὶ Τυνδαρὶς ἀκτή,

ubi item libri habent *Κεφαλοίδεις*, ipsis numeris quid verum sit indicantibus. Adde scholiasten Theocriti Id. 1, 118. *Θύμβρις ποταμὸς Σικελίας, ἐφ' ᾧ μυθεύεται Ἡρακλῆς τὰς ἐκ τῆς Ἐρυθείας βοῦς ἐλαύνων ἐνταῦθα ἀφικέσθαι. γενομένου δὲ χειμῶνος ἀνυπερβλήτου τὸν ποταμὸν χῶσαι καὶ ἐπίπεδον ποιῆσαι, ἐφ' ὃν οἱ Κέφαλοι διαδείκνυνται κατοικοῦντες.* Ubi cum dudum ego *Κεφαλοιδίδα δείκνυνται* correxissem, nunc in idem incidisse Dübnerum video, nisi quod *Κεφαλοίδιον* scripsit, qua forma usus est anonymus Chorographus apud Strabonem lib. 6 p. 266. Diodorus Sic. 14, 56 et 78. et 20, 56. Similiter fluctuat scriptura nominis *Τυνδαρίς*, quae *Τυνδάριον* dicitur Ptolemaeo Geogr. 3, 4. et T i n d a r e o in tabula Peutingerana. Ceterum in loco scholiastae nunc verum arbitror quod ad verborum structuram haud paulo aptius est *οἱ Κεφαλοίδιοι δείκνυνται κατοικοῦντες*, quod gentilicium a *Κεφαλοίδιον* formatum est, ut *Βυζάντιοι* a *Βυζάντιον* ed id genus alia, de quibus aliquoties admonuit Stephanus in Ethnicis. C e p h a l o e d i a s o r a est apud Silium Ital. 14, 273.

VI 274 = 435, 17.

Κλειόμενον ὀφρύι τεφρώδει τειχίου τὸ ὕψος ἔχοντι. Non scripserim hic *ἐχούσῃ*, cum *ὀφρύς* a sequioris aetatis scriptoribus masculino genere dictum esse pluribus

constet exemplis. Strabonis locus fugit editores Stephani Parisiensis.

VI 275 = 436, 24.

Ὧν (θερμῶν) τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι, τὰ δ' Αἰγεσταῖα πότιμα. Corrigunt καὶ τὰ κατὰ Ἱμέραν. Aptius videbitur καὶ τὰ Ἱμεραῖα. Cf. Polyb. 1, 24. μεταξὺ τοῦ Παρώπου καὶ τῶν θερμῶν τῶν Ἱμεραίων.

VI 275 = 438, 4.

De Lipara insula: ἔχει μέταλλον εὐπρόσοδον καὶ θερμὰ ὕδατα. Dubitare licet num εὐπρόσοδος aliud quid significare possit quam accessu facilis. Scribendum igitur ex A et Epit. ἐμπρόσοδος, quod etsi hoc uno loco lectum tamen rectissime dici praeter alia ostendunt adiectiva ἔμπροικος, ἔγκαρπος, ἔγχαλκος (Alph. Heckerus Callim. p. 317), ἔγκληρος alia. Sequuntur haec: ταύτης δὲ μεταξύ πώς ἐστι καὶ τῆς Σικελίας [ἡ Θέρμεσσα] ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα καὶ ἔρημος καὶ διάπυρος. Verbis ἡ Θέρμεσσα, quae ex Cluveri coniectura addita sunt, carere licet, cum supra scriptor dixerit τὴν Λιπάραν ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κεῖσθαι μετά γε τὴν Θέρμεσσαν. De Hiera insula, ut hoc addam, praeclarus est locus Calliae scriptoris Siciliensis apud Schol. Apollonii Rhod. 3, 41. cui cum nihil auxilii neque a Cluvero in Sicilia Antiqua neque a Müllero Hist. fragm. vol. 2 p. 383. allatum videam, paulo emendatius scriptum apponam: τῶν Αἰόλου νήσων ἐστὶν ἡ Ἱέρα καλουμένη, ἐν ᾗ φασι τὸν Ἥφαιστον χαλκεύειν. ἱστορεῖ Καλλίας ἐν δεκάτῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα λέγων εἶναι ἐκεῖσε λόφον (vulgo λέγων εἶναι καὶ ὄροφον) ὑψηλόν, ἐφ' οὗ κρατῆρές εἰσι δύο, ὧν ὁ ἕτερός ἐστι τὴν περίμετρον τριστάδιος, ἐξ οὗ πολὺ φέ-

ρεται φέγγος, ὥστε ἐπὶ πολὺν τόπον διήκειν φωτισμόν. ἔπειτα ἐκ τοῦ χάσματος ἀναφέρονται διάπυροι λίθοι ἀπλετομεγέθεις (*ἀπλατομεγέθεις* Par.), *καὶ τηλικοῦτος βρόμος γίνεται καθ' ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥφαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον. οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἐκφυσήματος ἀναρριπτούμενοι μύδροι διὰ τὴν ἐκπύρωσιν πάντοτε λώδεις εἰσὶ καὶ διακεκαυμένοι, τὴν ὄψιν καὶ τὴν δύναμιν καυτηρίων* (vulgo *διακεκαυμένοι τὴν ὄψιν, καὶ τὴν δύναμιν καθ' ἥλιον*) *ἔχουσιν. νύκτωρ μὲν οὖν πάντα τὰ περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ θεοῦ γινόμενα καλῶς δηλοῦται, μεθ' ἡμέραν δὲ τῆς* (vulgo *δ' ἐκ τῆς*) *κορυφῆς ὅθεν ἡ φλὸξ ἄνεισιν* (vulgo *ἀνίησιν*) *ὥσπερ νέφος ὑπερκείμενον ὁρᾶται.* Quibus verbis quas adhibui emendationes cum pleraeque sua se ipsae probabilitate tueantur, hoc unum monere sufficiat, *καυτηρίων*, quod pro *καθ' ἥλιον* restitui, de ferro candente intellegendum esse, cuius quam frequens apud medicorum filios usus fuerit ex Galeno aliisque constat.

VI 276 = 438, 21.

Εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ πιστά, οὐκ ἀπιστητέον ἴσως οὐδὲ τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν. Haec etiam nasutuli interpolatoris est animadversio in marginem, unde irrepsit releganda.

VI 276 = 439, 2.

Postquam e fumo craterum quinam venti flaturi sint in triduum praedici affirmavit, ita pergit: *τῶν γοῦν ἐν Λιπάραις γενομένης ἀπλοίας προειπεῖν τινάς φησι* (*Πολύβιος*) *τὸν ἐσόμενον ἄνεμον καὶ μὴ διαψεύσασθαι.* Apertum esse opinor certum quoddam factum his verbis indicandum fuisse, unde orationem mancam et imperfectam esse intellegitur. Ac lacunosum locum esse etiam dicendi

genus fidem facit; mire enim dictum est *οἱ ἐν Λιπάραις* pro *οἱ Λιπαραῖοι*, mirum etiam *τινάς* tanto intervallo a genetivo suo disiunctum. Iam cum Polybius ista sine dubio in excursu de insulis Liparaeis tradiderit, non incredibile videtur respici hic ea quae Livius lib. 5, 28. de Romanorum legatis Delphos missis, sed a piratis Liparensibus interceptis et Liparas devectis memoriae prodidit. Potuit igitur Strabo in hunc modum scribere: *τῶν γοῦν [Ῥωμαίων πρεσβευτῶν] ἐν Λιπάραις [καταχθέντων] γενομένης ἀπλοίας προειπεῖν τινάς (τῶν Λιπαραίων) φησι τὸν ἐσόμενον ἄνεμον.*

VI 276 = 439, 12.

Ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος. Quod cod. C ante *Στρογγύλη* habet *ὄνος*, id ex *ὄνομα* corruptum esse docent similia eiusdem corruptelae exempla. Cf. Fragm. Com. graec. vol. 3 p. 232. In sequentibus de nomine insulae Euonymi dicit: *ὠνόμασται δ' ὅτι μάλιστα τοῖς ἐκ Λιπάρας εἰς Σικελίαν πλέουσιν εὐώνυμός ἐστι.* Recte ad sententiam Kramerus *ἐκ Σικελίας εἰς Λιπάραν*, sed poterat lenius *εἰς Λιπάρας ἐκ Σικελίας.* Promiscue enim de Lipara insula modo plurali numero utitur Strabo modo singulari, quam numeri fluctuationem etiam in aliis nominibus deprehendas, cuius generis memorabile exemplum est lib. 11 p. 524. *ἡ πρὸς Ῥάγαις Ἡράκλεια καὶ αὐτὴ Ῥάγα*, nisi ibi *Ῥάγᾳ* scribendum est. Ita etiam *Θυρέα* et *Θυρέαι* in eodem loco dixit lib. 2 p. 65 sq. atque *Πόλα* et *Πόλαι*. de quo vide nos ad lib. 7 p. 216.

VI 277 = 441, 18.

Ἔστι δ' ἐπιχερρονησιάζουσα ἡ Μεσσήνη. Merito reiecit Kramerus Corais commentum *ἔστι δέ τι χερρονησια-*

ζουσα. Nec tamen deleverim praepositionem: videtur potius *δεπι* ex *δέ πως* corruptum esse, ipso Strabone confirmante lib. 6 p. 282. *ἔοικεν οὖν χερρονήσῳ τὸ περιπλεόμενον χωρίον ἐκ Τάραντος εἰς Βρεντέσιον*. In sequentibus (442, 5.) cum inter *ἐνταῦθα* et *ἐστὶ* septem literarum spatium in cod. esse feratur, commode suppleri potest *ἐνταῦθα* [*δὴ λιμὴν*] *ἐστι μέγιστος*.

VI 278 = 442, 10.

Ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, μικρὸν δ' ὅμως ἐπῆρται. κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. De Tarento haec dicuntur, parum illa Livio lib. 25, 11. congrua, Tarentinorum arcem praealtis rupibus munitam dicenti. Videndum igitur ne scripserit Strabo *οὐ μικρόν*. Reliqua de Tarenti situ explicui Comment. de Scymni Perieg. p. 22.

VI 278 = 443, 10.

Οὐκ ἠρέσκετο δ' ἁπλῶς τοῖς περὶ τῆς βουλῆς ὀνομασθεῖσι. Recte *ἐπιβουλῆς* pro *βουλῆς* restituit Coraes, sed *νομισθεῖσι*, quod idem pro *ὀνομασθεῖσι* substituit, non magis graece dictum est quam quod in libris legitur. Paulo rectius scribi possit *ὁμολογηθεῖσι* vel *ἑτοιμασθεῖσι*. Mox *ἡνίκ' ἂν* scribendum pro *ἡνίκα*. Tum sequuntur haec: *ἐξαγγείλαντες δὲ λάθρᾳ τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον, καὶ τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος, προελθὼν ὁ κῆρυξ εἶπε μὴ ἂν περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον*. Prope assentior Kramero *τινές* ante *λάθρᾳ* vel ante *τῶν περὶ Φαλανθον* excidisse suspicanti, quamquam exemplis, quibus nominativum tuetur vir egregius, non multum moveor; nam lib. 1 p. 66. *καὶ ἐάσας δέ τις τοῦτο διὰ τὸ σπάνιον ἄλλως φατέον διαιρεῖσθαι τὰς ἠπείρους*, libri habent *κατάνας δέ τις*, quod nescio an rectius alii *κἂν ἐάσῃ δέ τις* scripserint; altero autem loco lib. 9 p. 429. *ἀπὸ Θετ-*

ταλῶν δ' ἀρχαίων τὰ μὲν σφόδρα παλαιὰ καὶ μυθώδη ἐῶντες, accusativum restituendum puto syntaxi post verbale notissima. Certiora exempla Strabo habet lib. 7 p. 320. παραλαβὼν δὲ (τὴν πηλαμύδα) ὁ ῥοῦς, ἅμα τῶν τόπων εὐφυῶν ὄντων πρὸς τὸ τὸν ἐκεῖ ῥοῦν τῆς θαλάττης ἐπὶ τὸ Βυζάντιον τετράφθαι, φυσικῶς συνελαύνεται (ἡ πηλαμύς) δεῦρο καὶ παρέχει πρόσοδον ἀξιόλογον. item lib. 17 p. 689. τούτῳ δὴ πάλιν τῷ διαστήματι προστεθὲν τὸ ἀπὸ τῆς ἄκρας διάστημα, οἱ τρισχίλιοι στάδιοι ποιήσουσι τὸ μέγιστον μῆκος. Cf. ad lib. 9 p. 401. ἂν quod post μή legitur ferri non potest recteque omittit epitome, ex qua etiam ἐπιθέσθαι recipiendum. Quae statim sequuntur cum Bekkero aut ita scribenda sunt οἱ δ' αἰσθόμενοι ὡς μεμήνυται τὴν ἐπιβουλήν, aut simplicius οἱ δ' αἰσθόμενοι τὴν ἐπιβουλήν, omissis verbis ὡς μεμηνύκασι. Priori rationi favent quae infra leguntur p. 280 = 446, 1. οἱ μὲν δὴ μεμηνυμένην αἰσθόμενοι τὴν πρᾶξιν.

VI 280 = 445, 24.

Cum Ephoro consentit Polyaenus Strat. 2, 14. οἱ Ἔφοροι πυθόμενοι τοῖς Παρθενίαις σημεῖον συγκείμενον ὅταν μέλλωσιν ἄρχεσθαι τῆς ἐπαναστάσεως, ἐκ μέσης τῆς ἀγορᾶς πῖλον ἀνασχεῖν, προσέταξαν τῷ κήρυκι ἀναγορεῦσαι, οἱ τὸν πῖλον αἴρειν μέλλοντες ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄπιτε. Pro πίλῳ Antiochus κυνῆν nominaverat, quod proprium Helotarum tegumentum fuit, v. Myronem apud Athen. 14 p. 657 d.

VI 280 = 446, 1.

Οἱ δὲ διὰ τῶν πατέρων ἔπεισαν αὐτοὺς εἰς ἀποικίαν ἐξελθεῖν. Requiri certam loci, in quem coloniam ducturi essent, designationem sequentia ostendunt: οἱ δὲ σταλέντες κατέλαβον τοὺς Ἀχαιοὺς πολεμοῦντας τοῖς βαρ-

βάροις, μετασχόντες δὲ τῶν κινδύνων κτίζουσι τὴν Τάραντα. Itaque *εἰς Ἰαπυγίαν* scribendum esse suspicor, quo ire eos iusserat oraculum, quod attulit scriptor p. 279 = 444, 4.

VI 280 = 446, 9.

De militaribus Tarentinorum copiis agens scriptor inter alia haec dicit: *πεζοὺς ἔστελλον τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τρισχιλίους, ἱππάρχους δὲ χιλίους.* Hoc postremum de hipparchorum multitudine, iam Heynio Opusc. Acad. vol. 2 p. 223 suspectum, cum nullo pacto mihi explicabile videretur, fuit cum pro *ἱππάρχους* scribendum esse conicerem *ἱππακοντιστάς*, quo nomine quoddam equitum genus tactici appellaverint docet Aelianus Tact. 2 p. 15. *ἀκροβολισταὶ δὲ τῶν ἱππέων λέγονται οἱ πόρρωθεν βάλλοντες· τούτων δὲ οἱ μὲν δορατίοις χρῶνται οἱ δὲ τόξοις. καὶ δορατίοις μὲν οἱ καλούμενοι Ταραντῖνοι· τῶν δὲ Ταραντίνων δύο εἰσὶ διαφοραί. οἱ μὲν γὰρ δορατίοις πόρρωθεν βάλλοντες ἱππακοντισταί καλοῦνται, ἰδίως Ταραντῖνοι λεγόμενοι. τινὲς δὲ τῶν Ταραντίνων ἐλαφροῖς δορατίοις χρῶνται, ἅπαξ τε ἢ δὶς προεξακοντίσαντες τὸ λοιπὸν συμπλέκονται τοῖς πολεμίοις ἐγγύθεν ἀπομαχόμενοι.* Mitto reliqua, quorum partem descripsit Suidas v. *ἱππική*. Nunc aliter sentio, atque idem hoc equitum genus a Strabone sive, quem is etiam hoc loco secutus est, ab Ephoro *ἱππάρχων* nomine designatum esse existimo, qua in re quin ipsorum Tarentinorum dicendi consuetudinem secutus sit, non dubitandum videtur. Atque idem, ni fallit coniectura, indicat Hesychius, cuius haec glossa est: *Ταραντῖνοι· ἱππεῖς τινες ὀνομάζονται. οἱ δὲ τοὺς ἀκοντιστὰς ἢ τοὺς ψιλοὺς ἱππεῖς. ὡς καὶ Ἵππαρχος.* Hic cum critici quis esset ille Hipparchus nescirent, nuper Augustus Nauckius in Schneidewini Phil. vol. 5 p. 686 Clitarchi nomen re-

poni voluit. Frustra: scribendum potius οἱ καὶ ἵππαρχοι. sive simplicius οὓς καὶ ἱππάρχους. sc. ὀνομάζουσιν. Nominis autem ratio fortasse inde repetenda, quod illi Tarentini equites, ut ex Livio lib. 35. 28. constat, binos singuli secum equos traherent, vel quod gravis armaturae equitatui praeirent eiusque quasi duces essent.

VI 280 = 446, 13.

De Tarentinorum luxuria: τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι κατ' ἔτος παρ' αὐτοῖς ἢ τὰς ἡμέρας. Cum his conferenda quae ex Theopompo leguntur apud Athen. 4 p. 166 c. ἡ πόλις ἡ Ταραντίνων σχεδὸν καθ' ἕκαστον μῆνα βουθυτεῖ καὶ δημοσίᾳ ἑστιάσεις ποιεῖται, ubi καθ' ἑκάστην ἡμέραν scribendum videri alio loco monui.

VI 281 = 447, 20.

Ὁ σκόπελος, ὃν καλοῦσιν ἄκραν Ἰαπυγίαν, πολὺς ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος κατὰ τὰς χειμερινὰς ἀνατολάς, ἐπιστρέφων δέ πως ἐπὶ τὸ Λακίνιον. Pro κατά, qua praepositione ad indicandum locorum situm versus caeli plagas nunquam utitur geographus, scribendum ex libris καί, ut lib. 7 p. 309 = 36, 20. ἄκρα πολλὴ πρὸς τὸ πέλαγος καὶ τὴν μεσημβρίαν ἐκκειμένη. et 10 p. 451. ἐπιστρέφει πρὸς τὰς ἐκβολὰς καὶ τὴν μεσημβρίαν. Tum scribendum ὡς ἐπὶ τὸ Λακίνιον.

VI 261 = 448, 17.

Ἐπὶ Ῥωδιῶν πόλεως Ἑλληνικῆς, ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος. Iure mireris hanc de Ennii patria notitiam, cum in aliarum urbium commemoratione latinorum poetarum natalibus clararum, e. c. Veronae Mantuae Asisii Brundisii Venusii Sulmonis, nihil uspiam huic simile a Strabone annotatum reperiatur, qui, si recte hunc scriptorem

cognitum habeo, latinarum literarum praeter historiarum auctores quosdam cognitionem habuit nullam. Pro *Ῥωδιῶν* scribendum esse *Ῥοδιῶν*, latini nominis mensura indicat apud Silium Ital. 12, 220. nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno, et Ausonium Carm. 12, 158. unde Rudinus ait, divom domus altisonum cael. *Ῥοδαὶ* dicitur hoc oppidum Stephano Byz. p. 546. *Ῥουδία* Ptolem. 3, 1, 75. quae fórma indicatae mensurae non repugnat. De situ Rudiarum (hodie Rugge) vide Mommsen Unterit. Dial. 96.

VI 282 = 450, 8.

Εἶτα Κελία καὶ Νήτιον. Imo *Καιλία*, siquidem in numis distincte legitur *ΚΑΙΛΙΝΩΝ* apud Millingen Ancient coins p. 9. *Καιλία* habet etiam Ptolem. Geogr. 3, 1, 73.

VI 283 = 451, 3.

Ἐκ Βρεντεσίου πλοῦς [διπλοῦς] ἐστιν, ὁ μὲν ἐπὶ τὰ Κεραύνια — ὁ δ' εἰς Ἐπίδαμνον. In his *διπλοῦς*, quod debili auctoritate epitomae interpositum est, recte omitti in libris praeter Aristophanem Av. 843. *κήρυκα πέμψον τὸν μὲν εἰς θεούς, ἕτερον δ' ἄνωθεν αὖ*, ipse Strabo docet lib. 9 p. 401 *πύργος δ' ἐφέστηκεν ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας*, et 12 p. 561 *ἐπέζευκται γέφυρα, μία μὲν — ἄλλη δέ.* item 11 p. 507 *τὸν περίπλουν τὸν μὲν παρὰ τοὺς Ἀλβανοὺς τὸν δὲ παρὰ τὴν Ἀναριακῶν*, et lib. 17 p. 822 *θεὸν δὲ νομίζουσι τὸν μὲν ἀθάνατον τὸν δὲ θνητόν.* Adde Dionem Cass. 59, 28 *ὥστε ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτοῦ τὸν μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς ψηφισθέντα τὸν δὲ ἰδίᾳ ποιήσασθαι*, ubi non imiter Bekkerum nostrum *ναοὺς* scribendum conicientem.

VI 283 = 452, 5.

Οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς θαλάττης ὑπέρκεινται δύο πόλεις ἔν γε τῷ πεδίῳ, μέγισται τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονυῖαι πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων δῆλον, τό τε Κανύσιον καὶ ἡ Ἀργυρίππα, ἀλλὰ νῦν ἐλάττω ἐστίν. Ita codices postrema exhibent, pro quibus quod nunc legitur *ἐλάττους εἰσί* in cod. B a sec. m. supra scriptum est, quae correctio parum a probabilitate commendatur. Fortasse olim *ἠλάττωνται* scriptum fuit, nisi potius haec verba, ad sententiam prorsus superflua, ab interpolatore potius addita sunt, qui quod neutro usus est, obversabatur homini *πολίχνια*. Corrupta item illa *ἔν γε τῷ*, quae Groskurdus *ἐν μεγάλῳ* scripsit; rectius Coraes *γε* delevit. Sed ex articulo conicias campum illum a scriptore accuratius designatum fuisse. Fortasse igitur scripserat *ἐν τῷ πεδίῳ* [*Διομήδους*]. Notus est multisque scriptoribus memoratus campus Diomedis. Ipse Strabo paullo infra: *τὸ πεδίον καὶ ἄλλα πολλὰ τῆς Διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα*, quae haud obscure indicant in superioribus campum illum commemoratum fuisse. Diomedis nomen quam facile inter *πεδίῳ* et *μέγισται* excidere potuerit in promtu est. Sequuntur proxime apud Strabonem haec: *ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος Ἵππιον, εἶτα Ἀργυρίππα, εἶτα νῦν Ἄρποι.* Cum duas urbes commemoraverit, necessario dicendum erat *ἐκαλεῖτο δ'* [*ἡ μὲν*] *ἐξ ἀρχῆς*, quamquam non credo ita scripsisse Strabonem: vitium loci latet potius in ultimis verbis *εἶτα νῦν Ἄρποι*, pro quibus quis non expectet potius *εἶτα ὡς νῦν Ἄρποι*? Correxerim igitur *ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος ἵππιον εἶτα Ἀργυρίππα ἡ τανῦν Ἄρποι.*

VI 285 = 455, 10.

Οἱ δὲ περιοικοῦντες ἰδίως Ἀπούλιοι προσαγορεύονται·

εἰσὶ δὲ ὁμόγλωττοι μὲν τοῖς Δαυνίοις καὶ Πευκετίοις, οὐδὲ τἄλλα δὲ διαφέρουσιν ἐκείνων τό γε νῦν, τὸ δὲ πάλαι διαφέρειν εἰκός, ὅθεν περ καὶ τὰ ὀνόματα ἐναντία πάντων ἐπικρατεῖν. Haec quo pacto inter se conciliari possint non video, nisi verba οὐδὲ τἄλλα δὲ διαφέρουσιν ἐκείνων transponantur post ἐπικρατεῖν sive potius ἐπικρατεῖ. Dicit igitur Apulos Daunios et Peucetios eadem nunc uti dialecto, antiquitus vero diversa, unde factum esse dicit, ut nomina propria, quibus utántur illae gentes, inter se diversa sint: haec enim non facile mutantur. His demum recte inferri poterant quae de morum institutorumque similitudine indicat verbis οὐδὲ τἄλλα δὲ διαφέρουσιν.

VI 286 = 457, 7.

De Italiae situ leguntur haec: ἐν μέσῳ δὲ καὶ τῶν ἐθνῶν τῶν μεγίστων οὖσα καὶ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν ἀρίστων τῆς Ἀσίας μερῶν πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχει. Italiam inter opulentissimas Graeciae et Asiae partes sitam dici cum absurdum sit, non dubitandum videtur quin non Ἀσίας a Strabone scriptum sit, sed Λιβύης, id quod intellexit GH. Pertzius. In sequentibus verbis διακρουσάμενοι δὲ τούτους Ῥωμαῖοι, cum quo τούτους pertineat non intellegatur, critici in superioribus post αἰφνιδίως excidisse statuerunt ὑπὸ Κελτῶν. Recte hoc displicuit Kramero, ac videndum ne post τούτους exciderit τοὺς κινδύνους.

VI 288 = 459, 15.

Ἀλβανοί τε καὶ Ἴβηρες παρουσίας δέονται μόνον τῶν ἡγησομένων, καλῶς δὲ κρατοῦνται, νεωτερίζουσι δὲ διὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπασχολίας. Haec non bene coire quivis sentiat, ac vereor ne scribendum sit νεωτερίζουσι δ' ε[ἰ ἄρα] διὰ τὰς τῶν Ῥωμαίων ἀπασχολίας. Quod dicendi genus Straboni inprimis frequentatum est.

VII 289 = 2, 6.

De Istri fluminis cursu: *τελευτᾷ δ' εἰς τὸν Πόντον οὐ πολὺ ἄποθεν τῶν τοῦ Τύρα καὶ τοῦ Βορυσθένους ἐκβολῶν, ἐκκλίνων πως πρὸς ἄρκτους.* Istrum quodammodo versus septentrionem verti parum apte dictum est. Scribendum videtur *ὡς πρὸς ἄρκτον*, ut plurimis locis apud nostrum legitur. Idem vitium tetigi ad lib. 6 p. 281.

VII 290 = 2, 23.

De nominis Germanorum originatione disserens haec postremo infert: *διὸ δίκαιά μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι.* Pro *δίκαια*, quod in scriptore prosario, praesertim in Strabone, magnam offensionem habet, *δίκαιον* vel *δικαίως* corrigerem, nisi et lenius et scriptoris consilio accommodatius esset scribere *διὸ δὴ καὶ μοι.*

VII 295 = 13, 8.

Quae Sophocles de Orithyia fabulatus est *οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ νῦν, ἀλλ' ἐατέον, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Φαίδρῳ ὁ Σωκράτης.* Id etsi tolerari potest, nescio tamen an post *Σωκράτης* addendum sit *ἐᾷ*, quod eo facilius excidere potuit, cum statim sequatur *ἃ δέ.*

VII 296 = 16, 2.

Περὶ τὰ συμβόλαια καὶ τὴν τῶν χρημάτων ἐκτίμησιν συνισταμένων τῶν ἀδικημάτων. Pro *ἐκτίμησιν* neque *ἔγκτησιν*, quod fere de possessione in alia terra dicitur, neque *ἐπίκτησιν*, quod accessionem divitiarum significat, scribendum videtur, sed *κτῆσιν.*

VII 299 = 20, 12.

De scriptoribus portenta fabularum narrantibus: *τοὺς*

συγγραφέας Ῥιπαῖα ὄρη λέγοντας καὶ τὸ Ὠγύιον ὄρος καὶ τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Ἑσπερίδων κατοικίαν. Corrigunt Ὠγύγιον, quod probarem equidem, si id nomen a fabulatoribus istis memoratum esse aliunde constaret. Nunc nescio an de promontorio cogitare liceat eo, quod in septentrionali Galatiae litore ponit et Ὀρούιον ἄκρον appellat Ptolemaeus Geogr. 2, 6. Quod enim in tot aliis fabulosorum locorum nominibus factum est, ut dispulsis fabularum tenebris ad regiones historiae luce illustratas transferrentur, idem etiam in illo nomine evenisse pro certo quidem non affirmaverim, at nequaquam incredibile est. Videor autem eiusdem sive montis sive promontorii nomen etiam apud Avienum, utopicorum locorum enarratorem disertissimum, mihi repperisse in Ora Marit. 159.

Circumlatratque pontus insulas duas
tenue ob locorum inhospitas. Aryium
rursum tumescit prominens (i. e. promontorium).

Et rursus 171.

Prominens surgit dehinc
Ophiusae in oras, ab Aryi iugo
in haec locorum bidui cursus patet.

Ita enim haec in cod. V scripta sunt, vitiose quidem, at melius tamen quam in editis, qui vs. 160 pro aryium habent arvi iugum, et vs. 172 ita interpolatum exhibent: Ophiusae in oras, atque ab usque arvi iugo, pro quo scribendum videtur

Ophiusae in oras; [cursus inde] ab Aryio —

Hoc Aryium igitur promontorium ab eo, quod Ὠρύιον Strabo, Ὀρούιον Ptolemaeus appellat, non diversum fuisse conicio. Ac fortasse etiam Avieno Oryium restituendum est; ita altero versu minori etiam mutatione scribere licebit: Ophiusae in oras; inde ab Oryi (Ὠρυίου) iugo.

VII 303 = 26, 10.

Πῶς γὰρ ὁ τροχὸς εὕρημα αὐτοῦ (Anacharsidis); *ὃν οἶδεν Ὅμηρος πρεσβύτερος ὤν; ὡς δ' ὅτε τις κεραμεὺς τροχὸν ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν', καὶ τὰ ἑξῆς.* Homericum exemplum non a Strabone additum esse vel illa *καὶ τὰ ἑξῆς* docere possunt, quorum nulla hic vis est. Paullo post editur *πότερ' ἡγεῖται καὶ τούτους εἶναι πλάσματα*, ubi malim *πλάσμα*, ut in proximis scripsit *τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πλάσμα λέγων.*

VII 303 = 27, 14.

Βοιρεβίστας ἀνὴρ Γέτης ἐπιστὰς ἐπὶ τὴν τοῦ ἔθνους ἐπιστασίαν. In his ter repetitum *ἐπί* prope ridiculum est, quod crimen evitare potuisset scribendo *προστασίαν*. At similiter lib. 2 p. 116. *ἐπιγεγράφαμεν ἐπὶ σφαιρικῆς ἐπιφανείας.* Nec auribus gratum quod lib. 7 p. 294 habes *ἐπιπεπορπημένος*, cui similia ex aliis scriptoribus collegit Lobeckius Paral. p. 10. Insuave item quod legitur lib. 1 p. 56. *τὸ τὸ αὐτὸ ὕψος.* Cf. ad 7 p. 311.

VII 305 = 29, 15.

Οἱ Γέται γνωρίζονται μᾶλλον διὰ τὸ — καὶ τοῖς Μυσοῖς ἀναμεμῖχθαι. Scribendum *Μοισοῖς.* De sua enim aetate loquitur scriptor. Cf. p. 295. *ᾤκουν δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου οἱ Μυσοὶ Θρᾷκες ὄντες καὶ αὐτοὶ καὶ οὓς νῦν Μοισοὺς καλοῦσιν.* Paucis interiectis Getarum tantas copias fuisse dicit *ὥστε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐκπέμπειν στρατείας.* Qui criticorum de his verbis coniecturas rectissime reiecit Kramerus, ipse *εἰς* ante *στρατείας* addendum coniecit, quod etsi ceterorum conaminibus longe praestat, tamen ne ipsum quidem ferendum crediderim, nisi simul addatur articulus *εἰς τὰς στρατείας.* Meo iudicio *εἰκοσιμυριάδας* scribendum est, id ut adiective dic-

tum sit de expeditionibus vel exercitibus viginti milium armatorum. Similiter Lucianus Zeux. 8. dixit ἵππον διςμυρίαν. Idem requiro lib. 5 p. 213. τὸ πάλαι δ' ἔστελλε δώδεκα μυριάδας στρατιᾶς, ubi correxerim δωδεκαμυριάδας στρατιάς, sive malis στρατείας. Cf. 16 p. 780. ἐπὶ τούτοις ἔστειλε τὴν στρατείαν.

VII 308 = 35, 13.

Ἐκπλέοντι δ' ἐν ἀριστερᾷ πολίχνη καὶ ἄλλος λιμὴν Χερρονησιτῶν. Non contempserim Groskurdi suspicionem Carcinitae sinus memoriam excidisse conicientis, quam etiam necessariam putamus, cum illud ἐκπλέοντι nemo non ad Saprae sinum, cuius proxime antecedit descriptio, retulerit. Itaque scribendum videtur ἐκπλέοντι δὲ [τὸν Καρκινίτην] ἐν ἀριστερᾷ, quod magis placet quam quod ille voluit ἐκπλέοντι δ' ἐκ Καρκινίτου. Pro ἄλλος, quod ex illo quidem usu, quo fere abundare existimatur, ut sit et alius praeterea portus, hic defendi non potest, fortasse ἅμα scribendum.

VII 311 = 39, 25.

Ἡ ἄλλη πεδιὰς καὶ εὔγεώς ἐστι πᾶσα, σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής· τριάκοντα γοῦν ἀποδίδωσι, διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ σχιζομένη. Rectissime pro τριάκοντα Kramerus τριακοντάχουν coniecit. Sed τριακοντάχουν γοῦν ne in Strabone quidem, mediocri orationis artifice, ferendum. Itaque malim σίτῳ δὲ καὶ σφόδρα εὐτυχής, τριακοντάχουν ἀποδιδοῦσα. Ceterum ὀρυκτοῦ an ὀρύκτου praestet incertum est; altero loco, quo hac voce usus est Strabo, lib. 15 p. 692. codices habent ἀπὸ τοῦ τυχόντος ὀρύκτου χαραχθεῖσα. Nec magis de eo constare video, ὀρύκτης utrum de fossore an rastro intellegendum sit. Alterum verum esse docent praepositiones διὰ et ἀπό,

pro quibus ὑπό dicendum fuisset, si de fossore scriptor cogitasset. Quale autem sit instrumentum quod verbis ὁ τυχὼν ὀρύκτης significat scriptor, ipse indicat lib. 11 p. 502. οὐδὲ σιδήρῳ τμηθεῖσαν ἀλλ' αὐτοξύλῳ ἀρότρῳ.

VII 312 = 41, 7.

Ἦν δὲ καὶ Εὐπατόριόν τι, κτίσαντος Διοφάντου, Μιθριδάτου στρατηγοῦντος. Corrigendum Διοφάντου, [τοῦ] Μιθριδάτου στρατηγοῦ, ut lib. 6 p. 252. ὑφ' Ἁρπάγου τοῦ Κύρου στρατηγοῦ, aliisque locis.

VII 313 = 43, 5.

Ἐφ' ἑκάτερα δ' αὐτῆς, ἐπὶ μὲν τὰ Θρᾴκια ἡ Ῥοδόπη, ὅμορον ὑψηλὸν ὄρος μετὰ τὸν Αἷμον. Scribendum videtur ἐφ' ἑκάτερα δ' αὐτῆς ἐπὶ μὲν τὰ Θρᾴκια ἡ Ῥοδόπη ὁμορεῖ, ὑψηλότατον ὄρος μετὰ τὸν Αἷμον. In quibus ὑψηλότατον ex aliorum emendatione recepi, quamquam possis etiam ὑψηλὸν ὄρος [καὶ μέγιστον] μετὰ τὸν Αἷμον.

VII 314 = 45, 1.

Εἰς τὸν Σαῖον ἐμβάλλει. Epit. E σάβον, quod Σάον scripserunt Coraes aliique. In his certum quid statuere difficile esse vere existimat Kramerus: sed Σαῖον non recte scribi docet Claudianus Carm. 22, 192 Pannonius potorque Savi.

VII 314 = 46, 5.

Πρὸ τῶν Πολῶν. Ita recte e libris scripsit Kramerus, quamvis in iis quae proxime antecedunt singulari scriptor usus sit μέχρι Πόλας. Nec tamen dixerim pluralem huius nominis alibi non legi. Ipse Strabo lib. 5 p. 216. ex Callimacho attulit τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

VII 315 = 47, 10.

Δάλμιον μεγάλη πόλις. Ita Xylander primus edidit, libris *δαίμμιον* praebentibus, in qua scriptura *Δέλμιον* potius latet quam *Δάλμιον.* Ea autem longe usitatissima huius nominis forma est; nec obstat, quod Strabonis libri fere *Δαλμάται* habent.

VII 316 = 49, 2.

Μουσικῆς δ' ὅμως ἐπεμελήθησαν, μουσικοῖς ἀεὶ χρώμενοι καὶ αὐλοῖς καὶ τοῖς ἐντατοῖς ὀργάνοις. Pro *μουσικοῖς* cod. C. *μουσικῆς.* Equidem vocem hanc delendam existimo.

VII 318 = 53, 1.

Οἱ περὶ τὸν Αἷμον καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ οἰκοῦντες μέχρι τοῦ Πόντου. Qui *περὶ τὸν Αἷμον* incolunt, iidem etiam *ὑπὸ τῷ Αἵμῳ οἰκεῖν* dicendi sunt. Itaque cum cod. A *αὐτοῦ* habeat, scribendum *ἐπ' αὐτοῦ.* His statim infert haec: *πάντα μὲν οὖν ταῦτα ληστρικώτατα ἔθνη· Βέσσοι δὲ ὑπὲρ τὸ πλέον τοῦ ὄρους νέμονται τοῦ Αἵμου, καὶ ὑπὸ τῶν ληστῶν λῃσταὶ προσαγορεύονται.* Non offensioni fuit criticis dictio *ὑπὲρ τὸ πλέον*, quam graecam esse nego. Strabo scripserat *Βέσσοι δέ, οἵπερ τὸ πλέον τοῦ ὄρους νέμονται.* Qua emendatione etiam sententiae aliquid lucis accedit; iam enim *καὶ ὑπὸ τῶν λῃστῶν* est vel a latronibus, adeo quidem illi prae ceteris latrocinia exercebant.

VII 325 = 65, 1.

Αἱ δ' ἄλλαι κατοικίαι περιπόλιοι τῆς Νικοπόλεώς εἰσι. Haec verba cum narrationis continuationem de ludis Actiacis institutae importune interrumpant, post *ὁ Καῖσαρ* transponenda suspicor. Praeterea *περιπόλια* scribendum vide-

tur et hoc loco et lib. 14 p. 658. *αἱ δ' ἄλλαι περιπόλιοι τούτων.*

VII 326 = 66, 2.

Πλησίον δέ που καὶ τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν Δαμαστίῳ, Περισάδυές τε συνεστήσαντο τὴν δυναστείαν καὶ Ἐγχελέους καὶ Σεσαρηθίους καλοῦσι. Corruptissimum locum alii aliter emendare conati sunt, nullo magnopere cum fructu. Scribendum videtur *περὶ ἃ Δυέσται συνεστήσαντο τὴν δυναστείαν καὶ Ἐγχέλειοι, οὓς καὶ Σεσαρηθίους καλοῦσι.* Diestas sive Dyestas, qui nunc primum in Macedonicarum sive, quod eodem redit, Illyricarum gentium ordinem introducuntur, commemorat Herodianus apud Stephanum Byzantium p. 531, 4. *βαρύνεται (τὸ Πιάσται) ὁμοίως τῷ Ὀρέσται. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Διέσται. Μακεδονικὰ δ' εἰσὶν ἔθνη.* Ubi quod dixi olim Diestas eosdem esse quos Pausanias *Διάστας* vocat i. e. Dii Macedonici incolas, nunc retracto. In postremis verbis dubito utrum quod ipse posui verum sit, an quod Kramerus voluit *καὶ Ἐγχελέαι οὓς καί.* Strabonem tamen eadem qua Scymnum Perieg. 437. nominis forma usum esse suspicor; uterque enim Ephorum secutus est. Idem Straboni in sequentibus restituendum, ubi libri *Ἐγχελίους* habent. Mox *Πελαγονία τρίπολις* scribendum pro *τριπολῖτις.* Idem error p. 327 = 68, 2. At recte ibidem legitur *Ἄζωρος τριπολῖτις.*

VII 326 = 66, 11.

Τούτου δ' ἦν θυγατριδῆ ἡ Φιλίππου μήτηρ τοῦ Ἀμύντου Εὐρυδίκη, Ἴρρα δὲ θυγάτηρ. Scribendum *Σίρρα*, ut monuit L. Dindorfius. His inferuntur haec: *καὶ τῶν Ἠπειρωτῶν δὲ Μολοττοὶ ὑπὸ Πύρρῳ τῷ Νεοπτολέμῳ τοῦ Ἀχιλλέως γεγονότες.* Ubi qui Pyrrhus memoratur, si eun-

dem. scriptor esse voluisset cum Neoptolemo, scripsisset sine dubio τῷ [καὶ] Νεοπτολέμῳ. Sed alium dicere videtur Pyrrhum, Neoptolemi filium, ut Ephorum secutus scribit Scymnus Per. 447. μετὰ τοὺς δὲ Θεσπρωτοὺς Μολοττοὶ λεγόμενοι οἰκοῦσιν, οὓς κατήγαγεν Πύρρος ποτέ, ὁ Νεοπτολέμου παῖς: Proinde scribendum ὑπὸ Πύρρῳ τῷ Νεοπτολέμου.

VII 328 = 69, 17.

'Ονομάζει' μὲν οὖν ὅταν φῇ 'τηλόθεν ἐξ 'Εφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος' ..... ἐν δὲ Θεσπρωτοῖς 'Εφύρας, ἀλλὰ τῆς ἐν τοῖς 'Ηλείοις. Lacunam, viam indicante Heynio, ita explere licet commodissime; οὐ μέντοι, ὁ Σκήψιός φησι, τῆς ἐν Θεσπρωτοῖς. Versum illum Homericum, ut ex Apollodoro eum citat Strabo, nostri libri, quibus consentit Strabo 8 p. 338, aliter scriptum exhibent, Il. β', 659 ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ 'Ηρακληείῃ, τὴν ἄγετ' ἐξ 'Εφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, et ό, 531 τόν ποτε Φυλεὺς ἤγαγεν ἐξ 'Εφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος. Quaeritur utrum horum locorum Apollodorus in mente habuerit. Heynius primum censet, ego alterum. Noli autem putare τηλόθεν ex errore natum esse. Sic enim rursus Strabo lib. 8 p. 339 φησὶν (Ἀπολλόδωρος) τὴν Θεσπρωτικὴν 'Εφύραν διαστέλλεσθαι τῷ τε 'τηλόθεν' καὶ τῷ 'ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος'. Ex quo sequitur Apollodorum in suo Homero locum uno versu auctum habuisse, in cuius initio ἤγαγεν erat hoc modo:

> τόν ποτε Φυλεύς
> τηλόθεν ἐξ 'Εφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος
> ἤγαγεν .....

VII 329 = 71, 14.

Σουίδας μέντοι (vulgo μὲν τοῖς) Θετταλοῖς μυθώδεις

λόγους προσχαριζόμενος ἐκεῖθέν τέ φησιν εἶναι τὸ ἱερὸν μετενηνεγμένον ἐκ τῆς περὶ Σκοτοῦσσαν Πελασγίας (ἔστι δ' ἡ Σκοτοῦσσα τῆς Πελασγιώτιδος Θετταλίας) συνακολουθῆσαί τε (vulgo δὲ) γυναῖκας τὰς πλείστας. Ita haec distinguenda et scribenda videntur. Praeterea pro Πελασγίας malim Θετταλίας, sed sic ut Θετταλίας, quod post Πελασγιώτιδος legitur, deleatur.

Sequuntur iam libri septimi fragmenta partim ex edita epitome repetita, partim ex Palatina et Vaticana cum magno literarum bono a Kramero primum publici iuris facta. Illustravit pleraque docto commentario vir harum rerum peritissimus Fr. Tafelius; sunt tamen quae aliis agenda reliquerit; nobis perpauca expedire contigit.

Fragm. 2. p. 73, 10.

Epirotas et Macedonios τὰς γραίας πελίας καὶ τοὺς γέροντας πελίους vocare dicit. Rectius fortasse πελείους et πελείας scribitur apud Eustathium a Kramero indicatum et Hesychium. Alteri tamen scripturae nescio an nomen πελιγόνες faveat, de quo haec Strabo scripsit: πελιγόνας γοῦν καλοῦσιν ἐκεῖνοι (Macedones) τοὺς ἐν τιμαῖς, καθὰ παρὰ Λάκωσι καὶ Μασσαλιώταις τοὺς γέροντας. Delendus in his articulus ante γέροντας. Neque enim apud Lacedaemonios vel Massaliotas nomen πελιγόνες in usu fuit, sed illi senatores γέροντας, Massaliotae autem τιμούχους appellabant. Cf. Strabo lib. 4 p. 179. Ex quo haec male excerpta esse intellegitur. Ipsa scriptoris si verba haberemus, etiam καθάπερ legeretur, non καθά, quo, si recte memini, ille non utitur. Nomen πελιγόνες de proceribus dictum a Macedonibus ad Macedonicas in Syria civitates translatum esse idem tradit Hesychius, Πελιγάνες, οἱ ἔνδοξοι· παρὰ δὲ Σύροις οἱ βουλευταί, quae fortasse rectior forma est, modo Πελιγᾶνες scribatur,

quam nominum speciem apud Epiroticas et vicinas gentes inprimis usitatam fuisse intellegitur ex iis quae ad Stephanum Byz. p. 669, 15 composui.

Fragm. 3. p. 73, 15.

Ἡ παροιμία, τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον. Scribendum χαλκίον, non χαλκεῖον, quod aeris fodinam significat vel officinam; atque haec forma ubique prae altera probanda est, docentibus Atticorum poetarum locis, e. c. Aristoph. Lys. 749. Ran. 725. Acharn. 1128. Menandri Arreph. 3, 3. quibus in locis omnibus χαλκίον in fine trimetrorum positum est.

Fragm. 7. p. 75, 1.

Ἐπὶ γέλωτι ἐν παροιμίας μέρει γελᾶται Κέρκυρα. Pro γελᾶται scribendum λέγεται. Dicit versum in edita epitome servatum: ἐλευθέρα Κέρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις.

Fragm. 11. p. 76, 7.

Ἠδωνῶν δ' οἱ μὲν Μυγδόνες, οἱ δὲ Ἤδωνες οἱ δὲ Σιθῶνες. Permirum videri debet, Edones tanquam partem poni Edonorum, siquidem Ἠδωνοί et Ἤδωνες eiusdem gentis nomina sunt nec nisi forma differunt. Itaque pro Ἤδωνες scribendum suspicor Ὤδονες, de quibus Stephanus Byz. p. 706, 8. Ὤδονες, ἔθνος Θρᾴκης τοῖς Μαίδοις ὅμορον. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν ιδ' Μαίδων δ' ἄγρια φῦλα καὶ Ὤδονες ἑλκεσίπεπλοι'. Proximos Emathiae habitasse et hortis Midae ad Pangaeum montem sitis indicat Nicander Athenaei 15 p. 683 b. πρῶτα μὲν Ὠδονίηθε Μίδης ἅπερ Ἀσίδος ἀρχὴν λείπων ἐν κλήροισιν ἀνέτρεφεν Ἠμαθίοισιν, ad quae cf. Theophrastum HP. 6, 6. et Tertullianum de Cor. p. 110 a. Adde Lucanum Phars. 1, 675. O d o n i s O g y g i i d e c u r r i t p l e n a L y a e o. Ita enim

recte corrigunt editum Edonis et h. l. et apud Silium Ital. 4, 776. Odonis ut Pangaea super trieteride mota.

Fragm. 14. p. 77, 8.

Φέρεται δ' ὁ Πηνειὸς ἀπὸ τῶν στενῶν τούτων ἐπὶ σταδίους τετταράκοντα, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἔχων τὸν Ὄλυμπον, Μακεδονικὸν ὄρος μετεωρότατον, τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ. In his verba *τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ* incommodo loco posita dicit Tafelius. Atqui vel ex particula *μέν*, cui nihil in sequentibus respondét, apertum est post *μετεωρότατον* excidisse aliquid locumque ita fere redintegrandum esse: *ὄρος μετεωρότατον, [ἐν δὲ δεξιᾷ τὴν Ὄσσαν, ἐγγὺς] τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ.* Quod dudum a me suppletum postea confirmatum vidi auctoritate Eustathii ad Hom. p. 337, 12 ex Strabone afferentis haec: *Πηνειὸς φέρεται ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἔχων Ὄλυμπον, ἐν δεξιᾷ δὲ Ὄσσαν, ἐπὶ δὲ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Πηνειοῦ ἐν δεξιᾷ Μαγνῆτις πόλις ἡ Γυρτών.*

Fragm. 18, p. 78, 10.

Ἐνταῦθα τὸν Ὀρφέα διατρῖψαί φασι τὸν Κίκονα. Legendum videtur *φησί*, sc. Strabo. Ita saepe epitomator. Tum de Orpheo sequuntur haec: *εἶτ' ἤδη καὶ μείζονα ἀξιοῦντα ἑαυτόν* etc. Haec etiam et suppleri et emendari possunt ex Eustathio qui ad Hom. p. 299, 10. haec habet: *ἐν ἀκτῇ τῇ περὶ τὸν Ἄθων Θάμυρις ὁ Θρᾷξ ἐβασίλευσε, τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων γενόμενος ὢν καὶ ὁ Κίκων Ὀρφεύς, ὃς τὰ πρῶτα ἀγυρτεύων διέζη, εἶτα καὶ μειζόνων ἀξιῶν ἑαυτὸν καὶ ὄχλον καὶ δύναμιν περιποιούμενος διεφθάρη ἐξ ἐπισυστάσεως, ἀνὴρ γόης ἀπὸ μουσικῆς τε καὶ μαντικῆς καὶ τῶν περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμῶν.* Quae editis partim meliora partim peiora sunt.

Fragm. 20. p. 79, 1.

Ἔστι δ' ἡ Ἄλωρος τὸ μυχαίτατον τοῦ Θερμαίου κόλπου. Iam intellegitur unde sua petierit Stephanus Byz. p. 80, 18. Nec neglegendum utrosque in comparationis forma *μυχαίτατον* consentire, cuius iam aliquanto antiquiorem auctorem habemus quam ii sunt, quos advocat Bernhardy ad Dionysium Per. p. 779. De situ Alori quae ex Strabonis loco oriuntur difficultates attigit Tafelius. Quae his proxime inferuntur verba. *λέγεται δὲ Θεσσαλονίκεια διὰ τὴν ἐπιφάνειαν*, ab hoc loco prorsus aliena, per errorem ex sequenti fragmento huc translata esse suspicor, in quo de Thessalonicae urbis nomine agitur, quam Casander ab uxoris suae, Philippi filiae, nomine appellavit. Philippus autem Thessalonicae nomen filiae imposuerat a Thessalis devictis. Tale quid Stephanus Byz. p. 311, 7. dixisse videtur ab epitomatore misere truncatus, et in hunc ferme modum redintegrandus: *Κασάνδρου κτίσμα, ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, Φιλίππου δὲ τοῦ Ἀμύντου θυγατρός, ἣν τοὺς Θεσσαλοὺς νικήσας οὕτως ἐκάλεσε.* Haec vel his similia si Strabonem quoque prodidisse statuere licet, epitomator eius, sive malis glossator, scribere potuit *λέγεται δὲ Θεσσαλονίκεια διὰ τὴν ἐπιφάνειαν [τῆς κατὰ Θεσσαλῶν νίκης]*, quae verba primum in margine scripta, postea truncata in alium locum suffecta sunt.

Fragm. 20. p. 79, 3.

Πέλλα ἔστι μὲν τῆς κάτω Μακεδονίας, ἣν Βοττιαῖοι κατεῖχον· ἐνταῦθ' ἦν πάλαι τὸ τῆς Μακεδονίας χρηματιστήριον. Regum Macedonicorum gazam Pellae asservatam fuisse cum Strabone consentiens memoriae prodidit Livius lib. 44, 10. P e r s e u s t a n d e m c u m t r e p i d a n s g a z a m i n m a r e d e i i c i P e l l a e , T h e s s a l o n i -

cae navalia iusserat incendi. Dissentit, pro Pella Phacum nominans, Diodorus Exc. vol. 2 p. 579. Wess. *ὁ Περσεὺς νομίσας ἐπταικέναι τοῖς ὅλοις κατὰ πᾶν συντριβεὶς τῇ ψυχῇ Νίκωνα μὲν τὸν θησαυροφύλακα ἐξέπεμψε συντάξαι τὴν ἐν τῷ Φάκῳ γάζαν καὶ τὰ χρήματα καταποντίσαι.* Ex quo dissensu, cum de eadem utrumque scriptorem re loqui apertum sit, quid tandem aliud coniciemus, quam Phacum non urbis nomen fuisse, ut praeter alios Holstenius Emend. ad Stephanum Byz. p. 339 existimabat, sed Pellae partem eam, in qua regia gaza asservata erat? Locorum naturam accurate descripsit Livius lib. 44, 46. sita est (Pella) in tumulo vergente in occidentem hibernum; cingunt paludes inexsuperabilis altitudinis aestate et hieme, quas restagnantes faciunt lacus *). in ipsa palude, qua proxima urbi est, velut insula eminet aggeri operis ingentis imposita. divisa est intermurali amni et eadem ponte iuncta: ut nec oppugnante externo aditum ab ulla parte habeat, nec si quem ibi rex includat ullum nisi per facillimae custodiae pontem effugium. et gaza regia in eo loco erat. Hanc igitur velut insulam, quam Strabo in sequentibus arcem urbis (*ἔχει δ' ἄκραν ἐν λίμνῃ τῇ καλουμένῃ Λουδίᾳ*) appellat, Phacum dictam fuisse arbitror, nomine a lenticulae similitudine ducto, a qua etiam alia loca denominata sunt, e. c. Lydiae mons Phacus, Tmolo vicinus. Vix enim dubitandum videtur, quin Hecataeus, cuius haec verba, *πρὸς μὲν νότον Παῶλος καὶ Φάκος*, Grammaticus Crameri An. Ox.

*) Hic situs Pellae neque aquarum salubritati neque incolentium valetudini favebat; utrumque aculeato dicto notabat Stratonicus apud Athen. 8 p. 532 a. *Βορβόρου προχοάς* a Theocrito Chio memoratas de Ludia amne intellexit Wesselingius ad Itin. p. 606.

vol. 1 p. 223, 17. attulit, pro corrupto *Παῶλος* Tmolum nominaverit; ac montem Phacum etiam Arcadius memorat p. 50, 20. *σεσημείωται· τὸ φακός ὀξύτονον, τὸ δὲ Φάκος ὄνομα ὄρους.* Nec aliunde Phacii, Thessalicae urbis, a Thucydide lib. 4, 78 Stephano Byz. p. 654, 25 aliisque memoratae, vel Phacussae, Aegyptiacae urbis, quae apud Strab. 17 p. 805 vitiose *Φάκκουσα* scribitur, nomen repetendum videtur. Plane autem confirmat nostram de Phaco Pellaeo opinionem Polybius Exc. vol. 2 p. 1085 Bekk. *Πτολεμαῖος δ'. ὁ νεώτερος προσελάβετο καὶ Δαμάσιππον, ὃς κατασφάξας ἐν τῷ Φακῷ* (scr. *Φάκῳ*) *τοὺς συνέδρους ἔφυγε μετὰ γυναικὸς καὶ τέκνων ἐκ τῆς Μακεδονίας.* Quid enim magis consentaneum est, quam quo loco publica pecunia asservabatur, eundem senatui habendo destinatum fuisse?

Fragm. 30. p. 82, 9.

Ὁ κάνθαρος πέριξ τῆς χώρας γινόμενος, ἡνίκα ψαύσῃ τοῦ χωρίου ἐκείνου διαφθείρεται. Scribendum *τῆς πέριξ χώρας* et *ἡνίκ' ἄν.*

Fragm. 48. p. 87, 15.

Μετὰ τὴν Μαρώνειαν Ὀρθαγόρεια πόλις καὶ τὰ περὶ Σέρριον, παράπλους τραχύς, καὶ τὸ τῶν Σαμοθρᾴκων πολίχνιον Τέμπυρα καὶ ἄλλο χαράκωμα, οὗ πρόκειται ἡ Σαμοθρᾴκη νῆσος. Locus notabilis propter Tempyrae situm, quam cum *Σαμοθρᾴκων πολίχνιον* dicit, apertum est Tempyram non procul a litore Thracio fuisse positam in ditione Samothracum; idemque intellegitur ex Ovidii Tristium libro 1, 10. ubi versu 21. postquam Threiciam Samon se tetigisse dixit, ita pergit: s a l t u s a b h a c t e r r a b r e v i s e s t T e m p y r a p e t e n t i. Porro *Χαράκωμα* maiuscula litera scribendum. Oppidi sive ca-

stelli nomen esse quamquam aliunde non cogniti, ex vocabulo *ἄλλο* intellegitur et quoniam in sequentibus sine articulo legitur *ἀπὸ δὲ χαρακώματος*.

Fragm. 52. p. 88, 26.

De Chersoneso Thracia: *ἄκρα* (fort. *μακρὰ*) *γὰρ ἔκκειται πρὸς εὐρόνοτον.* Haec nec cum rerum natura neque cum iis conciliari possunt, quae vel in sequentibus traduntur ab eodem breviatore, vel ab alio in fragm. 53, qui cum Chersonesum tria maria efficere dicit, *Προποντίδα ἐκ βορρᾶ, Ἑλλήσποντον ἐξ ἀνατολῶν, καὶ τὸν Μέλανα κόλπον ἐκ νότου*, omnia mirum in modum pervertit. Itaque librarios potius vel epitomatorem quam Strabonem accusare malim, qui *πρὸς λιβόνοτον* scripsisse videtur. Quod in eodem fragmento p. 89, 12 memoratur promontorium *Μαζουσία*, rectius apud Ptolemaeum scribi existimo *Μαστουσία* (ut *Σιμούσιος* a *Σιμόεις* et id genus plura), quemadmodum Athos in sequentibus a forma vocatur *ὄρος μαστοειδές*.

Fragm. 56. p. 89, 29.

Ἔστι δ' ἐν τῷ περίπλῳ τούτῳ τῷ μετὰ Ἐλαιοῦντα ἡ εἰσβολὴ πρῶτον ἡ εἰς τὴν Προποντίδα. Pro *περίπλῳ* scribendum *παράπλῳ*.

VIII 333 = 94, 1.

Τῆς Ἑλλάδος μὲν οὖν πολλὰ ἔθνη γεγένηται, τὰ δ' ἀνωτάτω τοσαῦτα ὅσας καὶ διαλέκτους παρειλήφαμεν τὰς Ἑλληνίδας. In his *τῆς* addidit Kramerus, Strabonem nomini *Ἑλλάς* constanti usu articulum adiungere observans, quae vera est observatio: at non minus verum est, Strabonem *μὲν οὖν* constanter ponere inter articulum et substantivum. Hinc colligitur ipsum illud *Ἑλλάδος*, quod

ex epitome Vaticana receptum est, ex mera epitomatoris coniectura profectum videri. Iam cum in Par. A legatur *ἐπιδουομὲν οὖν*, mihi quidem satis probabile videtur Strabonem scripsisse *ἐκ παλαιοῦ μὲν οὖν*, quod nescio an etiam sequentia *τὰ δ' ἀνώτατα*, sive ut mihi scribendum videtur *τὸ δ' ἀνωτάτω*, commendent.

VIII 333 = 93, 20.

Μετὰ δὲ Μακεδονίαν Θετταλοὶ μέχρι Μαλιέων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκτὸς Ἰσθμοῦ καὶ αὐτῶν τῶν ἐντός. Nescio an sententia postulet *καὶ τὰ τῶν ἄλλων.*

VIII 333 = 94, 12.

Τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις συνέβη, λεπτόγεών τε καὶ τραχεῖαν οἰκοῦντας χώραν ἀπορθήτους μὲν εἶναι διὰ τοῦτο καὶ αὐτόχθονας νομισθῆναί φησιν ὁ Θουκυδίδης, κατέχοντας τὴν αὐτὴν ἀεί, μηδενὸς ἐξελαύνοντος αὐτοὺς μηδ' ἐπιθυμοῦντος ἔχειν τὴν ἐκείνων· τοῦτο τοίνυν αὐτὸ καὶ τοῦ ἑτερογλώττου καὶ τοῦ ἑ τ ε ρ ο ε θ ν ο ῦ ς αἴτιον, ὡς εἰκός, ὑπῆρξεν. Ab ultimis ut ordiar, non intellegitur quo pacto *ἑτεροεθνοῦς* stare possit, pro quo scribendum potius *ἑτεροεθοῦς*, collatis quae paulo ante leguntur: *τοὺς Δωριέας — εἰκός ἐστι τῷ ἀνεπιμίκτῳ παρατρέψαι τὴν γλῶτταν καὶ τὰ ἄλλα ἔθη πρὸς τὸ μὴ ὁμογενές, ὁμογενεῖς πρότερον ὄντας.* Reliqua, in quibus nullam syntaxin esse video, plus una ratione ad meliorem rationem revocari possunt: nam cum epit. Vat. particulam *τέ* post *λεπτόγεων* omittat, pro ea *γάρ* substitui potest. At potest etiam ita subveniri, ut *ὡς* vel simile quid inter *νομισθῆναι* et *φησὶν ὁ Θουκυδίδης* interseratur. Sed verum ut fatear, ne hoc quidem satis placet, ac vereor ne verba *φησὶν ὁ Θουκυδίδης* ex margine illata sint, praesertim cum ne dicat quidem Thucydides (lib. 1, 2)

id, cuius caussa advocatur. Praeterea observa particulae *μέν* respondere in sequentibus *τοίνυν*. Sed existimo pro *μὲν εἶναι* scripsisse Strabonem *μεῖναι*, cll. 8 p. 365 = 163, 2. *ἔμειναν ἐλεύθεροι*, et 10 p. 463 = 369, 14. *ἔθνος μεμενηκὸς ἀπόρθητον*.

VIII 333 = 95, 10.

Οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν, οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν. Paulo durius ex verbo *διελέχθησαν* ad *μικτῇ* supplendum est *διαλέκτῳ*. At fortasse aut hoc ipsum aut *γλώττῃ* post *τινί* excidit. In sequentibus recte Coraes scripsit *σχεδὸν δέ τι καὶ νῦν*, pro *σχεδὸν δ' ἔτι*.

VIII 334 = 95, 14.

Λέγωμεν δὴ ἰδίᾳ λαβόντες ὃν χρὴ τρόπον τῇ τάξει περὶ αὐτῶν. Strabo opinor scripserat *λέγωμεν δὴ διαλαβόντες*, ut 4 p. 178 = 277, 1 *περὶ δὲ τῶν τεταρτημορίων ἑκάστου διαλαβόντες λέγωμεν νυνί*. Paulo post scribendum ex libris *κατὰ τὴν Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν τὴν ἀρχὴν ἀποφαίνεσθαι*.

VIII 334 = 96, 5.

Ἔστι δὲ ταῦτα δύο μέγιστα συστήματα τῆς Ἑλλάδος. Pro *ταῦτα* malim *τά* quam *ταῦτα τά*. In sequentibus verissime, si quid iudico, E. Curtius Pelop. vol. 1 p. 31 verba *Πυλῶν* et *καὶ τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ Θετταλικόν* delenda esse monuit. De duobus tantum terrarum systematis Strabonem locutum esse, vel comparativi *μεῖζον καὶ ἐπιφανέστερον* ostendunt. Thessalicum illud systema ex lib. 9 p. 429 illatum videtur.

VIII 334 = 97, 6.

Ἡ δ' ἐπινοουμένη εὐθεῖα γραμμὴ — τὴν μὲν Βοιω-

τίαν ἅπασαν ἐντὸς ἀπολαμβάνουσα. Praeter Boeotiam requiro Atticae memoriam, quae non videtur omitti potuisse; fortasse igitur scribendum *τὴν μὲν [Ἀττικὴν καὶ] Βοιωτίαν.* Ac plane ita lib. 9 p. 390. *τρίτη δὲ (χεῤῥόνησος) ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Βοιωτίαν.*

VIII 336 = 101, 7.

Ὅμηρος εἴρηκε, τὴν μὲν τῶν Ἐπειῶν ὀνομάζων πόλιν, τὴν δὲ παρ' Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί, τὴν δ' ὑπὸ τῷ Νέστορι Πύλον. Pro *πόλιν*, quo tota res mirifice obscuratur, sine controversia scribendum *Ἦλιν*, ut rectissime intellexit Coraes. Tum in Homerico versu priora verba *τὴν δὲ παρ'* deleri iubet Kramerus, merito taxans Xylandri audaciam, qui *ἢ εἰς* ediderat ex Odyss. *ν'*, 275. Atqui scribendum potius erat *ἠδὲ παρ' Ἤλιδα* ex Odyss. *ο'*, 298, quo versu sic ut hoc loco scribendus est scripto ipse Strabo utitur lib. 8 p. 350.

VIII 336 = 102, 6.

Ἐκαλεῖτο δὲ Κοίλη Ἦλις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· τοιαύτη γὰρ ἦν ἡ πλείστη καὶ ἀρίστη. In his *ἦν* neque deleverim neque in *ἐστί* mutandum putaverim. Eodem prorsus modo imperfecto usus est lib. 3 p. 157 = 244, 14. *τὰ γὰρ ἱστορούμενα ἐγγὺς ἦν καὶ τοῖς τόποις καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένων*, cuius loci simillima est ratio. In sequentibus habes: *σχεδὸν δέ τι καὶ τοὺς ἄλλους τόπους τοὺς κατὰ Πελοπόννησον πλὴν ὀλίγων, οὓς κατέλεξεν ὁ ποιητής, οὐ πόλεις ἀλλὰ χώρας ὀνομάζει.* Doceri velim quo loco id factum sit a poeta. Strabo scripserat *νομίζειν δεῖ.*

VIII 337 = 102, 17.

Οὕτω δὲ καὶ ἡ Ἦλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνεπολίσθη·

μία τούτων προσκτισ[θεισῶν] Ἀγριάδες. ἔπραξάν τε (lgd. *δὲ*) *τοῦτο Ἠλεῖοι χρόνοις ὕστερον πολλοῖς τῆς εἰς αὐτοὺς μεταστάσεως τῶν χωρίων τῶν ὑπὸ τῷ Νέστορι. ῥεῖ δὲ διὰ τῆς πόλεως ὁ Πηνειὸς ποταμὸς παρὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῆς.* Ita haec transponenda arbitror; vulgo postrema inde a *ῥεῖ* post *Ἀγριάδες* posita sunt, quo narrationis ordo male interrumpitur. At priora insanabiliter corrupta sunt. Qui ante *Ἦλις* legitur articulus delendus videtur; certe quae proxime antecedunt urbium nomina eo carent, *Μαντίνεια Τεγέα Ἡραία Αἴγιον Πάτραι Δύμη.* Sequentia ut suppleta sunt ferri non possunt; debebat esse *μία δὲ τῶν προσκτισθεισῶν Ἀγριάδες.* At mirum profecto unam prae ceteris commemorari *περιοικίδα*, eamque aliunde ne nomine quidem notam: quamquam nomen ipsum quod attinet, *Ἀγριάδαι* etiam Attici demi nomen fuit, servatum illud a Grammatico Bekkeri Anecd. p. 348. In cod. post *προσκτισ* sex septemve literarum lacuna est. An fuit igitur: *Ἦλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνῳκίσθη μία πολλῶν· προσέκτι[σαν δὲ καὶ] Ἀγριάδας?*

VIII 338 = 105, 6.

Ὁ Σελλήεις ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενος, ἐφ' ᾧ Ἐφύρα πόλις, ἑτέρα τῆς Θεσπρωτικῆς καὶ Θετταλικῆς καὶ τῆς Κορίνθου, τετάρτη τις ἐπὶ τῇ ὁδῷ κειμένη τῇ ἐπιθαλασσίωνα. In his corruptissima verba *τῇ ἐπιθαλασσίωνα*, variis sed importunis tentata coniecturis, ita sananda sunt *τῇ ἐπὶ Λασίωνα*, sive oppidum Lasionem intellegas sive vicinum oppido montem, in quo fontes Selleentis fuisse testatur scholiasta Homeri Iliad. *ο'*, 531. *ποταμὸς Ἤλιδος ὁ Σελλήεις, ὃς ῥεῖ ἀπὸ Λασίωνος ὄρους.* Situm autem fuit oppidum illud in ipsis Arcadiae et Elidis confiniis, unde perpetua de eo inter Arcadios et Eleos controversia. Triphyliae assignat Diodorus Sic. 15, 77. Pisatidi Polybius

4, 74. Arcadiae Nonnus Dion. 13, 288. Cf. Xenophontis Hell. 3, 2, 30, qui recensitis Triphyliae urbibus addit: *πρὸς δὲ ταύταις καὶ Ἀκρωρείους καὶ Λασιῶνα τὸν ὑπ' Ἀρκάδων ἀντιλεγόμενον.* Ad eundem Lasionem spectat glossa Hesychii, *Λασίων: πόλις ἢ χωρίον. οἱ δὲ δρυλασίωνας,* quorum postrema vide an ita corrigi possint: *οἱ δὲ δρυμοὺς λασιῶνας,* scil. *λέγουσιν.* At Cretae quoque fuisse Lasium montem Iovis sepulcro nobilitatum docet Epiphanius Ancor. p. 108. *ἐν Κρήτῃ τῇ νήσῳ ἐν ὄρει τῷ λεγομένῳ Λασίῳ ἕως δεῦρο (τὸ μνῆμα τοῦ Διὸς) δακτυλοδεικτεῖται.* Eliacum montem, quem ex scholiasta Homeri produximus, praeterea quoad sciam commemorat nemo; Pholoae partem fuisse ex Strabone intellegitur. Lasionis urbis et Pholoae viciniam attigit poeta Anthol. Palat. 6, 111.

VIII 338 = 105, 9.

De Ephyra Eliaca: *ἤτοι ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Βοιωνώᾳ (τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν) ἢ πλησίον ἐκείνης.* Recte Coraes *Βοινόᾳ* corrigit pro *Βοιωνώᾳ.* Gravius vitium in sequentibus reperisse mihi visus sum, quae ita corrigenda videntur: *ἐξ ἧς* (Ephyram Eliacam dicit) *ἥ τε Τληπολέμου τοῦ Ἡρακλέους δοκεῖ λέγεσθαι μήτηρ τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος' (ἐκεῖ γὰρ μᾶλλον αἱ τοῦ Ἡρακλέους στρατεῖαι, πρὸς ἐκείναις τε οὐδεὶς ποταμὸς Σελλήεις), καὶ ὁ τοῦ Μέγητος θώραξ.* In libris prima pars verborum uncis inclusorum *ἐκεῖ — στρατεῖαι* ante Homericum versum legitur, quo pessime dirimuntur quae coniungenda erant. Duas enim affert caussas, quibus Ephyram eam, quae Astudamiae patria perhibetur, Eliacam esse intellegatur, ad quod si Heynius ad Homeri Il. 2, 659 attendisset, non damnavisset verba sanissima *πρὸς ἐκείναις τε οὐδεὶς ποταμὸς Σελλήεις,* in

quibus nunc etiam apertum est recte in libris legi *πρὸς ἐκείναις τε*, pro quo *πρὸς ἐκείναις δέ* editur.

VIII 338 = 106, 5.

Εἰς Ἐφύραν γὰρ ἀφῖχθαί φησι τὸν Ὀδυσσέα, φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενον, ὄφρα οἱ εἴη ἰοὺς χρίεσθαι. Quis *φησί*? Homerum dices. At hunc nominatum oportuit. Falleretur tamen qui id excidisse existimaret; supplendum potius et aut post *Ὀδυσσέα* aut inter *ἀφῖχθαι* et *φησί* addendum *ἡ Ἀθηνᾶ*. Docent hoc quae his inferuntur verba, *καὶ τὸν Τηλέμαχον οἱ μνηστῆρες, ἠὲ καὶ εἰς Ἐφύρην*, et deinceps *τὴν Αὐγέου θυγατέρα ὁ Νέστωρ φαρμακίδα εἰσάγει*.

VI 338 = 106, 21.

Cives Aetolicae Ephyrae *Ἐφύρους* dici monet: *καὶ ἄλλοι οἱ Περραιβῶν πρὸς Μακεδονίᾳ, καὶ οἱ Κραννώνιοι, καὶ οἱ Θεσπρωτικοὶ οἱ ἐκ Κιχύρου τῆς πρότερον Ἐφύρας*. Atqui Ephyri Crannonii non diversi putandi sunt ab Ephyris Perrhaebis. Vide lib. 7 fragm. 14 p. 77. *φασὶν ὅταν εἴπῃ ὁ ποιητὴς τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης καὶ ἑξῆς, Ἐφύρους μὲν λέγεσθαι τοὺς Κραννωνίους, Φλεγύας δὲ τοὺς Γυρτωνίους*. Et lib. 9 p. 442. *τοὺς Γυρτωνίους Φλεγύας πρότερον ἐκάλουν, τοὺς δὲ Κραννωνίους Ἐφύρους*. Cf. Schol. AD. Homeri Il. *ν'*, 301. *Ἐφύρους λέγει τοὺς Κραννωνίους, ὡς Ἀπολλόδωρος ἱστορεῖ*. Scribendum igitur *οἱ καὶ Κραννώνιοι*, aut delendum *καί*. Ceterum totam hanc partem, inde a verbis *ἔστι δὲ καὶ περὶ Σικυῶνα* usque ad finem, subditiciam arbitror et in marginem reiciendam. Nonne enim mirum videri debet, postquam in superioribus quatuor Ephyras fuisse dictum est, Eliacam Thesproticam Corinthiacam Thessalicam, subito alias emergere Sicyoniam et Aetolicam, quarum neutram Straboni

cognitam fuisse crediderim; certe silentio eas praetermisit iis locis, ubi vel maxime eas commemorandas fuisse expectes, in enarratione Aetoliae et Sicyoniae.

VIII 339 = 107, 12.

Μίαν εἶναι πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος, δηλονότι τὴν Θετταλικήν. Ita scribendum videtur pro *δῆλον οὖν ὅτι τὴν Θετταλικήν.* In sequentibus verba *φησὶ μὲν* (sic enim A) *γὰρ Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,* delenda suspicor. Subicit scriptor *εἰ μὲν γὰρ ἦν Θετταλική,* in quibus recte quidem Coraes desiderat articulum, nec vero vidit *ἦν* ferri non posse, ut docent quae praecedunt *τίς οὖν ἐστιν ἐξ ἧς* etc. Scribendum igitur *εἰ μὲν γὰρ ἡ Θετταλική.*

VIII 340 = 110, 12.

Ποιητικῷ τινι σχήματι συγκαταλέγειν τὸ μέρος τῷ ὅλῳ φασὶ τὸν Ὅμηρον. Id pluribus deinceps exemplis confirmatur cum Homeri tum Hipponactis Alcmanis Aeschyli, quae num omnia ipse Strabo apposuerit dubitandi caussas habeo non spernendas. Mihi quidem ista *χρῶνται δὲ καὶ οἱ νεώτεροι* etc. a docto lectore in margine posita esse videntur. Quod ex Aeschylo affertur exemplum, fortasse ne est quidem Aeschyli, sed Archilochi; cui suspicioni metri genus fidem facit *Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον*, Archilocho inprimis familiare. Ac fortasse ex eodem illa epodo ducta sunt, ex quo haec servata sunt a Stobaeo Flor. 64, 11.

Τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς
πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν.

Cuius argumento egregie convenit istius versus sententia,

Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον,

si poetam Venerem comprecatum esse sumas, ut amoris

impotentia se liberet. Archilochi et Aeschyli nomina etiam alibi inter se permutata esse nemini ignotum est.

VIII 341 = 111, 20.

Τοῖς Ἠλείοις οἱ Ἐπειοὶ κοινὴν ἐνέμοντο πολιτείαν. Scribendum ex A aliisque codicibus ἔνεμον τὴν πολιτείαν. Cf. lib. 16 p. 761. ταὐτὸ ποιεῖν ἡρμοσμένως ἀλλήλοις — καὶ ἄλλως πως νέμειν βίον κοινόν.

VIII 342 = 114, 6.

In Hesiodi versibus ᾤκεε δ' Ὠλενίην πέτρην ποταμοῖο παρ' ὄχθας εὐρείος Πείροιο, fuisse dicit qui Πώροιο scriberent: μεταγράφουσι τινὲς Πώροιο οὐκ εὖ. Equidem hos Πίροιο potius voluisse crediderim quam Πώροιο, cui nomini quae significatio inesse possit vix dicas. Totum discrimen erat orthographicum. Πῖρος praetulisse Herodianum docet Arcadius p. 68, 11. τὰ εἰς ρος δισύλλαβα παραληγόμενα τῷ ῑ κύρια ὄντα βαρύνεται, Ἶρος Πῖρος. Nisi illi critici voluerunt Πιέροιο, quam formam disertim commemorat Pausan. 7, 22, 1. Apud Zenobium, ut hoc addam, Cent. 2, 87. Βελλεροφόντης ἀνελὼν Βέλλερον ἢ ὡς τινές φασι Πείρην, scribendum Πειρῆνα.

VIII 342 = 115, 3.

Τοὺς περὶ Λέπρεον. Hoc nomen quotiescunque apud Strabonem legitur (legitur autem, ni fallor, septies) in cod. A constanter Λέπριον scriptum est, et eadem constantia nunquam Λεπριάτης, sed Λεπρεάτης Λεπρεᾶτις Λεπρεατικός, nisi quod semel Λεπριατικός legitur p. 344 in. Ex his intellegitur veram nominis formam apud Strabonem non esse Λέπρεον, sed Λέπρειον, idque ubique restituendum putamus.

VIII 343 = 117, 4.

Τὸ τῆς Ἀλφειονίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφειούσης ἄλσος· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως. Diana ad Alpheum culta recte vocari potuit *Ἀλφειοῦσσα* vel *Ἀλφείουσα*, pro quo Elienses dixisse videntur *Ἀλφείωσα*, ut *ἔχωσα* Aeolenses dicebant pro *ἔχουσα*, et alia id generis plura. Hanc formam posuit Athen. 8 p. 346b. *ἐν τῷ τῆς Ἀλφειώσας Ἀρτέμιδος ἱερῷ.* Nec minus recte habet *Ἀλφειώα* vel *Ἀλφειῷα*, quod legitur apud Schol. Pindari Nem. 1, 3 et Pyth. 2, 12, et Pausaniae lib. 6, 22, 10 restituendum videtur pro *Ἀλφειαία*, quod ad *Ἀλφειός* revocari non potest. At quod Strabonis libri habent *Ἀλφειονίας*, nullam habet analogiae veritatem, et *Ἀλφειῴας* scribendum videtur, nisi forte Straboni *Ἀλφειωνία* restituendum, quae forma etsi nullo exemplo munita tamen defendi potest. De sequentibus verbis: *μεστὴ δ' ἐστὶν ἡ γῆ πᾶσα Ἀρτεμισίων τε καὶ Ἀφροδισίων καὶ Νυμφαίων ἐν ἄλσεσιν ἀνθέων ὡς τὸ πολὺ διὰ τὴν ἀνυδρίαν*, virorum doctorum coniecturas attulit Kramerus, quibus accedat haec I. Toupii App. Emend. Theocr. p. 4. qui *ἄντρων* pro *ἀλσέων* reposuit, haud felicius ceteris. Scribendum erat *ἐν ἄλσεσιν ἀνθέων πλέως τὸ πολὺ διὰ τὴν ἀνυδρίαν.* Ita statim legitur *ἄλσος ἀγριελαίων πλέων.*

VIII 344 = 118, 3.

Τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ πρὸς ἄρκτον Ἀμάθου καλουμένου πρότερον, ὃς νῦν Μάμαος καὶ Ἀρκαδικὸς καλεῖται. Quod Mamaus amnis etiam Arcadicus dictus fuisse fertur, mihi quidem satis mirum videtur, ac vereor ne hic quoque aliquid turbatum sit. Vide igitur an verba haec *καὶ Ἀρκαδικός* cum iis coniungenda sint, quae paulo superius leguntur p. 117, 23. ubi de situ Pyli Triphyliaci agitur: *κατὰ ταῦτα τὰ ἱερὰ ὑπέρκειται τῆς θαλάττης* —

ὁ Τριφυλιακὸς Πύλος καὶ Λεπρεατικός. Lepreaticus Pylus non diversus est a Triphyliaco, tertiumque praeterea nomen habuit ὁ Ἀρκαδικός. Testis ipse Strabo eodem libro p. 337 = 103, 10. ἀφ' οὗ καὶ Ἀρκαδικὸς Πύλος ἐκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Τριφυλιακός, item p. 350 = 131, 13 ἡ πατρὶς τοῦ Νέστορος, ἥν φαμεν Τριφυλιακὸν Πύλον καὶ Ἀρκαδικὸν καὶ Λεπρεατικόν. Scribendum igitur videtur ὁ Τριφυλιακὸς Πύλος [ὁ] καὶ Λεπρεατικὸς [καὶ Ἀρκαδικός]. Ac par erat hoc maxime loco omnia Pyli cognomina simul coniuncta apponi. Quae proxime sequuntur verba de Scilluntiae Minervae templo κατὰ τὸν Φέλλωνα, recte sine dubio in commodiorem locum transposuit Groskurdus. De Phellone autem non quaesitum video, nisi quod Krügerus Philol. Stud. vol. 2 p. 280 eundem esse putat cum Pholoe; sed ea parum credibilis sententia est, vereorque ne minuscula litera κατὰ τὸν φελλῶνα scribendum sit, quo nomine regionem designatam fuisse probabile est duram et lapidosam, inter Scilluntem et Pholoae montis declivia sitam. Comparari potest, quem Aristophanes Acharn. 273 et Nub. 71 commemorat, Atticae ager ὁ φελλεύς dictus. Cf. Ruhnkenius ad Tim. p. 270. Similiter passim legas aliquid factum situmve esse κατὰ τὸν τραχῶνα, κατὰ τὸν λασιῶνα, κατὰ τὸν πλατανιστῶνα et id genus alia.

VI 345 = 120, 4.

Postquam scriptor, memorato Neptuni templo apud Pylum, hoc ipsum delubrum illud esse dixit, in quo Telemachus Pylios sacris operatos deprehenderit, haec infert: πάρεστι μὲν γὰρ τῷ ποιητῇ καὶ πλάττειν τὰ μὴ ὄντα, ὅταν δ' ᾖ δυνατὸν ἐφαρμόττειν τοῖς οὖσι τὰ ἔπη καὶ σώζειν τὴν διήγησιν, τὸ ἀπέχεσθαι προσῆκε μᾶλλον. Ita recte haec Kramerum constituisse opinor; libri τὸ

δ' ἀπέχεσθαι. Non diffitendum tamen melius scriptorem orationis et perspicuitati et elegantiae consulturum fuisse, si omissis postremis verbis post ἐφαρμόττειν addidisset δεῖ. At tota haec sententia quo consilio a scriptore hoc loco inculcata, aut quo argumenti vinculo cum praecedentibus coniuncta sit, prorsus non intellegere me fateor. Nisi igitur ante πάρεστι aliquid excidit, posuerim ista p. 121, 17 post σώζεται τῷ ποιητῇ ὁ λόγος.

VIII 345 = 121, 18.

Κελεύει γὰρ ἡ (μὲν) Ἀθηνᾶ κατὰ τὸν Σωτάδην τῷ Νέστορι κτἑ. Totam hanc partem usque ad verba *μέχρι Πύλου τοῦ Μεσσηνιακοῦ* p. 346 = 122, 20 Kramerus ab interpolatore illatam esse statuit, cuius iudicii praeter alias hanc caussam habuit, quod verba *εἰ μὲν τοίνυν ἐνταῦθα μόνον οἰκοῖεν οἱ Καύκωνες* p. 122, 12 inepte repetita sint ex p. 121, 16 *εἰ μὲν τοίνυν οἱ Καύκωνες ἐνταῦθα μόνον οἰκοῦσιν.* Verum haec neque inelegans et pene necessaria erat repetitio, ut opposita sententia, quae verbis *μεμερισμένων δέ τινων — τῆς ὁδοῦ οὔσης* continetur, recte inferri posset. Nunc autem recisis quae Kramerus rescindi voluit, imperfecta est oratio neque ad iustam conclusionem absoluta. Nihilominus Krameri sententiam valde probabilem mihi videri non diffiteor, licebitque illi, quod dixi, incommodo ita facillime mederi, ut quae inter *εἰ* et *τοίνυν* legitur particula *μὲν* deleatur. Negari enim non potest in tota illa disputatione etsi non indocte scripta, tamen aliquammulta inesse, quae Straboni sunt dissimillima. Neque tamen eo vocis *χωρογραφία* usum retulerim in postrema parte: *παραπλησίως δ' ἂν καὶ τὰ περὶ τοῦ Πύλου διαπορούμενα τύχοι τῆς προσηκούσης διαίτης ἐπελθοῦσι μικρὸν ἔτι τῆς χωρογραφίας μέχρι τοῦ Πύλου τοῦ Μεσσηνιακοῦ,* quae Kramerus

a Strabone, qui nusquam opus suum *χωρογραφίας* nomine appellarit, scribi potuisse negat. Mihi ista in hanc sententiam accipienda videbantur, ut dicat scriptor dubitationes et *ἀπορίας* de Pylo se soluturum, ubi antea paucis locorum inter utrumque Pylum sitorum enarrationem absolvisset. At maximam *νοθείας* suspicionem movet mira ista Sotadae citatio hominis prorsus ignoti, quem, si coniecturae locus est, Grammaticum Byzantinum fuisse crediderim, cuius ex scholis Homericis quidquid hic sapientiae expromitur fluxisse arbitror. Ac fortasse is idem est Sotades quem de planetarum nominibus exposuisse auctor est Iohannes Malala Chron. 2 p. 25.

VIII 346 = 123, 4.

In ora Eliaca duo antra esse dicit, *τὸ μὲν νυμφῶν Ἀνιγριάδων, τὸ δὲ ἐν ᾧ τὰ περὶ τὰς Ἀτλαντίδας καὶ τὴν Δαρδάνου γένεσιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ ἄλση τό τε Ἰωναῖον καὶ τὸ Εὐρυκύδειον.* Post *γένεσιν* addendum videtur *μυθεύεται* cum Plethone, sive malis *μεμύθευται,* ut est 8 p. 368. Lucus Ionaeus quo spectet indicavi Exercitt. phil. in Athen. Spec. 2 p. 40.

VIII 347 = 124, 6.

Ἐπεὶ οὖν ἥ τε ὑπτιότης τοῦ Ἀνίγρου καὶ αἱ ἀνακοπαὶ τῆς θαλάττης μονὴν μᾶλλον ἢ ῥύσιν παρέχουσι τοῖς ὕδασι, Μινυήιόν φασιν εἰρῆσθαι πρότερον, παρατρέψαι δέ τινας τοὔνομα καὶ ἀντ' αὐτοῦ ποιῆσαι Μινυήιον. Nihil proficitur coniecturis Corais, qui pro *Μινυήιον* Strabonem vel *Μιμνυήιον* vel *Μενυήιον* scripsisse hallucinatur. Non adeo profecto scriptor hic nugabatur, ut tam falsis etymologiis indulgeret; necesse est latere talem nominis formam, quae ad verbum in *νω* revocari potest. Fortasse igitur *Ἐλινυήιον* Strabo scripserat,

ab ἐλινύω, quod cum grammatici fere per ὀκνεῖν vel ἀναπαύεσθαι interpretentur, scholiasta Hippocratis nuper a Derenburgio editus 26. per σχολάζειν explicat et, quod maximi momenti est, diserto testimonio Eliensibus tanquam proprium assignat.

VIII 347 = 125, 3.

Ὁμώνυμον δ' ἐπέδειξαν τῇ πόλει καὶ τὴν νῆσον. De Thera scriptor loquitur. Scribendum ἀπέδειξαν. Tum inter Anigrum amnem montemque ex quo oritur ὁ τοῦ Ἰαρδάνου λειμὼν δείκνυται καὶ τάφος. καὶ Ἀχαιαὶ εἰσὶ δὲ πέτραι ἀπότομοι τοῦ αὐτοῦ ὄρους. Nomen hoc habet in quo offendas. Praeterea δέ poni non potuit post εἰσί. Debebat igitur esse καὶ Ἀχαιαὶ δέ εἰσι πέτραι. At fortasse scripserat: λειμὼν δείκνυται καὶ τάφος καὶ αἱ Χααῖαι· εἰσὶ δὲ πέτραι etc. Chaaeae petrae autem nomen traxisse videri possunt a Chaa oppido, Iardani sepulcro vicino. Cf. Strabo p. 348 = 126, 18 de Acidonte fluvio: ῥεῖ δὲ παρὰ τάφον Ἰαρδάνου καὶ Χάαν πόλιν ποτὲ ὑπάρξασαν πλησίον Λεπρείου, et rursus: τῷ γὰρ τοῦ Ἰαρδάνου τάφῳ τοῦτον πλησιάζειν τὸν τόπον i. e. Chaam. Quam coniecturam ut minime pro explorata vendito, ita non omittendum puto ab Ἀχαιός possessivum formari Ἀχαικός vel Ἀχάιος.

VIII 347 = 126, 3.

In carmine Stesichori mellitissimo, cuius hoc exordium apposuit scriptor,

Ἄγε, Μοῦσα λίγει', ἄρξον ἀοιδᾶς, ἐρατῶν ὕμνους
Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ,

cum metrum foede depravatum sit, non male Heynius νόμους pro ὕμνους scribendum coniecit, cuius in sententiam ita concedo, ut scribendum censeam:

ἄγε Μοῦσα λίγει', ἄρξον ἀοιδᾶς, Ἐρατώ, νόμους. Parum enim placet *ἐρατῶν παίδων* et *ἐρατᾶς λύρας* coniunctio. Quod autem Erato in exordio carminis amatorii invocatur, aptissime a poeta factum esse fateberis, fecitque praeter Ovidium AA. 2, 15. nunc mihi si quando puer et Cytherea favete, nunc Erato: nam tu nomen amoris habes, etiam Apollonius Rhodius in initio tertii Argonauticorum, quo libro Iasonis et Medeae amores poeta cecinit, uterque fortasse, si recte coniecimus, Siculum poetam aemulati. Aliquanto plus ausi Virgilius Aen. 7, 37 et Statius Sylv. 4, 7 Eratus nomine pro qualibet Musa usi sunt.

VIII 348 = 128, 8.

Ἥ τε Ἔρανα, ἥν τινες οὐκ εὖ Ἀρήνην νομίζουσι κεκλῆσθαι πρότερον ὁμωνύμως τῇ Πυλιακῇ. Codd. *Ἔρενα* quod ex *ΕΡΑΙΝΑ* corruptum et proximum est genuinae formae *ΕΡΑΝΝΑ*, ut recte scriptum est apud Stephanum Byz. p. 395, 1. Idem restituendum p. 361. Male idem nomen *Ἱεράνα* scriptum est apud schol. Apollonii Arg. 1, 471.

VIII 349 = 130, 12.

Postquam de Macistiae vico, cui *Κυπαρισσήεις* nomen, dixit, haec infert: *ἄλλη δ' ἐστὶν ἡ Μεσσηνιακὴ Κυπαρισσία· ὁμωνύμως μὲν οὖν, ὁμοίως δὲ νῦν κἀκείνη λέγεται Κυπαρισσία.* Cod. B *ὁμώνυμος*, quod recta ad verum ducit: *Κυπαρισσία, ὁμώνυμος μὲν οὔ, ὁμοίως δὲ* —

VIII 350 = 130, 20.

Ἔστι δὲ δρυμῶδες χωρίον, Πτελεάσιμον καλούμενον. Nomen hoc corruptum esse vidit Lobeckius Pathol. p. 164, cui *Πτελεατικόν* vel *Πτελεάσιον* scribendum videtur, quorum alterum verum puto; nisi forte locus ab acclivitate

Πτελέα σιμόν appellatus fuit, ut *Πτελέα* sit genetivus a *Πτελέας*. Loca leniter acclivia *σιμά* dici notissimum est. Mox sequitur: *Δώριον δ' οἱ μὲν ὄρος, οἱ δὲ πεδίον φασίν· οὐδὲν δὲ νῦν δείκνυται.* Recte ad sententiam Groskurdus post *πεδίον* excidisse suspicatur *οἱ δὲ καὶ πόλιν.* Sed debebat *οἱ δὲ καὶ πολίδιον*, quod necessarium est propter sequens *οὐδέν.*

VIII 356 = 141, 10.

Genuina mihi et incorrupta videntur verba *Στησίχορον δὲ καλεῖν πόλιν τὴν χώραν Πῖσαν λεγομένην*, quibus recisis manca est et imperfecta geographi argumentatio. Stesichorus *Πῖσα πόλις* dixerat, non urbem intellegens, sed totam regionem, quam *Πῖσαν* ille vocabat, non *Πισᾶτιν*. Quae his proxime subiciuntur Euripidis et Sophoclis exempla de usu vocis *πόλις*, fortasse ex margine recepta sunt.

VIII 356 = 142, 3.

Postquam Enipeum amnem in Elide commemoravit, haec addit: *τὸν δ' ἐν τῇ Θετταλίᾳ Ἐνισέα γράφουσιν, ὃς ἀπὸ τῆς Ὄθρυος ῥέων δέχεται τὸν Ἀπιδανὸν κατενεχθέντα ἐκ Φαρσάλου.* Non male Groskurdus *ἔνιοι* ante *Ἐνισέα* excidisse statuit. Sed *Ἐνισεύς* quid tandem nominis esse dicamus? scribendum putamus *Ἑλισέα.* Ita enim recte dici potuit fluvius seu propter vorticum turbines sive propter aquarum anfractus. Hinc frequentia fluviorum nomina sunt *Ἑλίσσων*, *Ἑλίσας*, *Ἕλισσα*, *Ἑλίξας*, *Ἑλισσοῦς*, *Ἕλισος*, *Ἑλικών*, ne Ilissum commemorem. Neque alio referendum videtur amnis nomen *Κρίκας* apud Choeroboscum *) Bekkeri p. 1392. Enipeus autem, qui

*) Choeroboscus hoc nomen ex Herodiano, Herodianus autem, ut pleraque huius generis, ex Hecataeo, quem diligentissime legerat, derivarat.

propter cursus celeritatem et quasi impetum sic dictus est, pari iure a sinuosis fluxibus vocari potuit Ἑλισεύς. Atque egregie confirmat emendationem nostram Hesychius, cuius haec glossa est: Ἐλιπεύς: ὁ Ἐνιπεὺς ποταμός, ubi apertum est, pro Ἐλιπεύς, quod inexplicabile est, item Ἑλισεύς sive Ἑλισσεύς scribendum esse. Ceterum totam hanc apud Strabonem animadversionem in marginem reiciendam arbitror, praesertim cum ea, quae de cursu Enipei Thessalici dicantur, ut iam alii viderunt, falsissima sint et negligenter ex lib. 9 p. 432 huc translata.

VIII 357 = 143, 4.

Αὐτοῦ δ' ἐστὶ καὶ τὸ Κικύσιον — ἐξηλείφθη δέ, καὶ ἀπῆραν οἱ πλείους εἰς Ἐπίδαμνον. Notum est *ἐξαλείφεσθαι* dici sensu figurato, at *πόλιν ἐξαλείφεσθαι* de urbe incolis destituta perquam insolens docendi genus est. Scribendum videtur *ἐξελείφθη*, ut de Ilio legitur lib. 13 p. 600 *οὐδ' ἐξελείφθη οὐδέποτε.* Idem rescribendum lib. 6 p. 272 *καὶ τῶν βαρβαρικῶν (πόλεων) ἐξελείφθησαν πολλαί.* Paulo plus dubito de his quae leguntur 13 p. 588 *εἰς δὲ Πάριον μετηνέχθη πᾶσα ἡ παρασκευὴ — καὶ τὸ μαντεῖον ἐξηλείφθη καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ζελείᾳ,* quamquam magis eo inclino, ut hic etiam *ἐξελείφθη* scribendum putem, quemadmodum legitur lib. 17 p. 813 *ἐκλέλειπται τὸ μαντεῖον.* At 15 p. 722 recte edi videtur *τῆς βασιλικῆς κατασκευῆς ἐξηλείφθη πολλή,* quamquam optimus liber F habet *ἐξελήφθη.*

VIII 359 = 147, 4.

Ὄρος τὸ Αἰγαλέον. Rectius opinor *Αἰγάλεων,* et mox *Αἰγάλεῳ,* ut est apud Herodot. 8, 90. Thucyd. 2, 19 et poetam incertum Suidae v. *μᾶσσον.* Neque enim veri-

simile est, Elidensis montis nomen aliam legem secutum esse quam Attici. Sunt autem alia quoque hoc loco corrupta: nam cum dixisset medium inter Messeniam et Triphyliam porrigi promontorium utrique commune, sic pergit: *μεθ' ἣν (ἄκραν) τὸ Κορυφάσιον καὶ ἡ Κυπαρισσία· ὑπέρκειται δ' ὄρος — τούτου τε καὶ τῆς θαλάττης.* At a Triphylia versus austrum navigantibus primum Cyparissia, tum Coryphasium conspicitur. Itaque transpositis verbis scribendum: *μεθ' ἣν ἡ Κυπαρισσία καὶ τὸ Κορυφάσιον.* Idque verum esse docent etiam sequentia *ὑπέρκειται τούτου.* Nisi potius verba *καὶ ἡ Κυπαρισσία* delenda sunt, ut voluit Ferd. Rankius.

VIII 360 = 148, 20.

Αἱ καλούμεναι Θυρίδες, ὅμοροι τῇ νῦν Λακωνικῇ τῇ κατὰ Κιναίδιον καὶ Ταίναρον. Cinaedium nemini memoratur. Itaque *Καινήπολιν* scribi voluit Falckonier; debebat certe *Καινὴν πόλιν* sive *Καινόπολιν*, ut dicitur illa civitas Procopio B. Vand. 1 p. 367, 10, Taenarum sua aetate sic vocari testanti: *Ταινάρῳ προσέμιξαν, ἣ νῦν Καινούπολις ἐπικαλεῖται.* Qui quod *Καινούπολις* dixit pro *Καινόπολις*, id novitium dicendi genus est, quemadmodum *Μεγαλούπολις* dicebatur pro *Μεγαλόπολις* v. Tzetzes apud Cramerum A. Ox. vol. 3 p. 361, et recentissima memoria quam in Amaliae reginae nomen Otho rex condidit urbem Amaliopolin, Neograecorum vulgus nominat *Ἀμαλιούπολιν* pro *Ἀμαλιόπολιν*, quorum alterum qui vix recte dici statuit Rossius Itiner. graec. reg. vol. 2 p. 171, non recordabatur, ut alia mittam, *Ἑλενόπολιν* urbem vocatam esse non ab Heleno, sed ab Helena. Ad *Καινόπολιν* ut redeam, eam simpliciter *Καινήν* dicit Ptolemaeus Geogr. 3, 15. Sed apud Strabonem recte sine dubio iam Xylander *Κιναίθιον* scribendum

esse viderat; nec de correctionis veritate dubitassent viri docti, si Xylander fontem emendationis suae indicasset. Is fuit haud dubie Dionysius Halicarnassensis, cuius in Ant. Rom. I, 50 haec verba sunt: *ἀπὸ δὲ Κυθήρων ποιούμενοι τὸν πλοῦν οὐ πρόσω τῆς Πελοποννήσου τῶν ἑταίρων τινὰ τῶν Αἰνείου Κίναιθον ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἑνὸς θάπτουσιν, ὃ νῦν Κιναίθιον καλεῖται.*

VIII 361 = 153, 11.

Τῶν κεράτων γὰρ ἀμφοῖν καθέξεις τὴν βοῦν. Sunt Demetrii verba ad Philippum, quem hortabatur ille *τούτων ἔχεσθαι τῶν πόλεων ἀμφοῖν* (Ithomen et Acrocorinthum dicit) *ἐπιθυμοῦντα τῆς Πελοποννήσου.* Recte viri docti in illo dicto addendum viderunt *κρατῶν*, sed non viderunt *ἀμφοῖν* languere nec ferri posse. Demetrius dixerat: *τῶν κεράτων γὰρ κρατῶν καθέξεις τὴν βοῦν.*

VIII 364 = 158, 1.

Hic locus eorum unus est, in quo periegesium scriptorem Strabo presse secutus est. Quae sequuntur exempla apocopae ex interiore graecarum literarum cognitione petita, mihi non dubium est, quin Strabo aut non ipse apposuerit, aut si ipse apposuit, ex docto grammatico transscripserit. Prius tamen mihi videtur probabilius; in marginem igitur mihi releganda videntur omnia quae leguntur inde a p. 158, 15 *παραδείγμασι δὲ χρῶνται* usque ad p. 159, 13 *τὴν Δωδώνην Σιμμίας.* De singulis multa disputari possunt; in praesenti hoc unum moneo, Epicharmi exemplum, quo *Συρακώ* dixit pro *Συρακοῦσσαι*, respici ab Etymol. M. p. 736, 26 *τᾶς κλεινᾶς Συρακοῦς.* Sic enim scribendum esse intellexit Holstenius ad Stephanum Byz. p. 308.

VIII 364 = 158, 14.

Μεσσόαν δ' οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος, ἀλλὰ τῆς Σπάρτης, καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον, κατὰ τὸν [*Θρᾷ*]*κα.* Ita quattuor fere literarum lacunam supplevit Kramerus, Dionysium Thracem a Strabone citatum existimans. Sed Dionysii Thracis opera, quantum equidem sciam, in rebus topographicis nulla fuit; itaque mihi quidem loci potius quam scriptoris significatio in residuis istis literis latere videtur. Ac nescio an Strabo scripserit *κατὰ τὸν* [*Θόρνα*]*κα.* Thornax montis vicique nomen in Laconica notum est ex Herod. 1, 69 et Pausan. Lac. 11: *ἀπὸ δὲ Θόρνακος προελθόντι ἐστὶν ἡ πόλις.* Quibus ex verbis conicias inter urbem et Thornacem nihil interiectum fuisse, quod commemoratione admodum dignum esset; recte igitur Strabo dicere potuit Messoam et Limnaeum Thornacem versus, sive Thornaci ex adverso, sita esse, nimirum in extrema urbis parte.

VIII 364 = 160, 3.

Τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροι ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν· καὶ Σοφοκλῆς λέγει που· νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον, νὴ τοὺς ἐν Ἄργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς'. De etymologiae veritate dubito propter diversam nominum *Λᾶς* et *Λαπέρσαι* mensuram. Augusto Nauckio Philol. vol. 4 p. 539 ordinem versuum invertenti accedere vix ausim. Ceterum dubito num Sophoclis exemplum ab ipso Strabone adiectum sit. Cf. ad 8 p. 387. Quae mox sequuntur lacunis intercisa, virorum doctorum supplementis adiutus ita redintegranda puto: *χρῆσθαι δὲ Λαῒ μὲν ὡς ναυστάθμῳ διὰ τὸ εὐλίμενον, Αἴγυι δὲ πρὸς τοὺς πολε*[*μίους ὁρμητηρίῳ· καὶ*] *γὰρ ὁμορεῖν τοῖς κύκλῳ· Φαραίᾳ δ*[*ὲ ἀρχείῳ, πλείστην*] *ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἀσφάλειαν ἐχούσῃ.* In his ac-

curate lacunarum magnitudinem, qualis e codice indicata est, observavimus. Pro *Φαραίᾳ*, quod Groskurdus reponendum esse vidit, vulgo *Φεραίᾳ*, quod *Φάριδι* scripsit O. Müllerus. Praeterea legitur vulgo *ἐντός* pro *ἐκτός*. Pro *ἀρχείῳ* Ernestus Curtius, quocum meam de hoc loco sententiam communicaram, etiam commodiore sensu *ταμείῳ* supplevit.

VIII 366 = 164, 4.

Παυσανίαν τε τῶν Εὐρυπωντιδῶν ἐκπεσόντα ...... τῆς οἰκείας. Octo literarum lacuna vide an absorpserit verba *διὰ φόνον*.

VIII 366 = 165, 6.

Ὁμοίως ἐπιθαλαττιαίας οὔσης τῇ Λακωνικῇ. Rectius fortasse et hic et alibi *ἐπιθαλαττιδίας*, quod item Polyaeno Strat. 7, 38 reddendum, ubi nunc vitiose legitur: *Ἀθηναίων τὰ ἐπὶ θάλατταν διὰ τῆς χερσονήσου πορθούντων*. Repone *τὰ ἐπιθαλαττίδια*.

VIII 366 = 165, 7.

Euripides de Pamisi cursu falsa tradidit: *ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἦλιν εὖ διορίζει·*

> *πρόσω δὲ βάντι ποταμὸν Ἦλις, ἡ Διός*
> *γείτων, κάθηται.*

Pro *κάθηται*, quod ferri non potest, scribendum *καλεῖται*. Nec priora verba loci Euripidei sine vitio sunt: ipse Strabo in sequentibus explicat *διαβάντι τὸν Παμισόν*, qui sensus verbis illis ut nunc scripta sunt inesse non potest. Fortasse igitur Euripides *διὰ δὲ βάντι* scripserat; *πρόσω* enim male repetitum videri potest ex iis quae proxime antecedunt *πρόσω ναυτίλοισιν εἶναι*. Tum sequuntur verba: *διαβάντι γὰρ τὸν Παμισὸν ἔστι πολλή*

τῆς Μεσσηνίας, εἶθ' ἡ τῶν ..... ὧν ἅπασα καὶ Μεσσαίων, ἣν Τριφυλίαν ἐκάλουν. Haec vide an ita suppleri et emendari possint: *ἡ τῶν [Λεπρεατ]ῶν ἅπασα καὶ Μακιστίων.* Lepreatas et Macistios coniungunt Strabo lib. 8 p. 346 et Xenophon Hell. 3, 2, 25. aliisque locis.

VIII 369 = 171, 3.

Ἀλλὰ νῦν τὰ μὲν ὑπερκείσθω· ἔξω γάρ ἐστι τῆς Ἀργείας. Haec non optime graeca sunt; *νῦν* quod cod. A omittit, a sec. m. additum est. Ex quo conicio in codice trium literarum lacunam fuisse. Scribendum igitur videtur: *ἀλλὰ [ταῦ]τα μὲν ὑπερκείσθω.*

VIII 370 = 173, 1.

Περὶ δὲ τῶν μυθευομένων πηγῶν (Inachi) *εἴρηται διότι πλάσματα ποιητῶν ἐστί· πλάσμα δὲ καὶ τὸ Ἄργος ἄνυδρον*

θεοὶ δ' αὖ θέσαν Ἄργος ἄνυδρον',

τῆς τε χώρας κοίλης οὔσης καὶ ποταμοῖς διαρρεομένης. Pro *δ' αὖ* cum cod. A habeat *δ' ἄν*, id ipsum indicio est, laudari hoc loco eundem versum, quem infra scriptor posuit p. 371 = 175, 11 *Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.* Strabo autem noli dubitari quin scripserit *καὶ τὸ Ἄργος ἄνυδρον, τῆς τε χώρας* — ceteris, quae ex margine illata esse ipsa illa corruptelarum portenta indicant, omissis. Etiam in sequentibus, ubi disputat geographus de versu Homerico *καί κεν ἐλέγχιστος πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην*, mihi quidem non dubium videtur, quin verba *τὸ γὰρ προϊάψαι καὶ ἰάψαι*, et exempla Homerica *κατὰ χρόα καλὸν ἰάψῃ* et *Ἄϊδι προΐαψεν*, Straboni invito sint obtrusa, qui profecto non adeo patrii sermonis ignarus erat, ut *ἰάψαι* et *ἵψασθαι* ad idem etymon revocaret. Ne de tertio quidem exemplo Homerico,

νῦν μὲν πειρᾶται, τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν, ita mihi constat, ut id ab ipso Strabone additum fuisse affirmare ausim. Nam cum ἴψασθαι posuerit, quis non videt multo aptius fuisse exemplum, quod legitur Il. ά 454 μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν, cuius etiam vestigia in codicibus servata sunt, quorum alii λαὸν pro υἷας, alii λαὸν υἷας coniunctim exhibent. In sequentibus, ubi ad eiusdem Homerici versus, de quo dicere instituerat, interpretationem redit Strabo, cum articulum ante συναλοιφήν alii libri recte omittant, in A autem inter δέχονται et συναλοιφήν novem decemve literarum lacuna indicata sit, apertum est ita fere scribendum esse: καὶ σὺν τῷ δ δὲ ὑπερβατῶς δέχονταί [τινες] κατὰ συναλοιφήν. Ceterum non diffiteor hanc totam adnotationem de ista lectione versus Homerici mihi suspectam et Strabone indignam videri. Interim conf. Welckeri disputationem Cycl. Epic. vol. 2 p. 547.

VIII 371 = 175, 7.

Τὴν μὲν οὖν χώραν συγχωροῦσιν εὐνδρεῖν, αὐτὴν δὲ τὴν πόλιν ἐν ἀνύδρῳ χωρίῳ [μὲν] κεῖσθαι, φρεάτων δ' εὐπορεῖν. Particula μέν vix recte hic addita est; nec χωρίῳ firmat codex, in quo cum inter ἀνύδρῳ et κεῖσθαι novem literarum lacunam esse ferant, fortasse rectius supplendum conicias ἐν ἀνύδρῳ [μὲν λέγουσι] κεῖσθαι. Nec legit illud χωρίῳ Eustathius ad Hom. p. 461, 6 ex Strabone afferens: ἡ χώρα τὸ Ἄργος εὐνδρεῖ, εἰ καὶ αὐτὴ ἡ πόλις ἐν ἀνύδρῳ κεῖται. Addit scriptor: ἃ ταῖς Δαναΐσιν ἀνάπτουσιν, ὡς ἐκείνων ἐξευρουσῶν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἔπος εἰπεῖν Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον'. Pro εἰπεῖν, quod non habet quo referatur, scribendum videtur ἐκπεσεῖν, quod proprie de proverbiis dici constat; ac dixit paulo ante Strabo παροιμία τις ἐξέπεσε Λέρνη κακῶν. Nisi Hesiodi nomen excidisse conicias. Huic

enim illum versum attribuit Eustathius ad Hom. p. 461, 5: *Δαναΐδες παραγενόμεναι ἐξ Αἰγύπτου φρεωρυχεῖν ἐδίδαξαν, ὡς Ἡσίοδος Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὸς ποίησεν εὔυδρον*, ubi si postremum *εὔυδρον* excipias, cetera haud paullo rectius scripta sunt. Quis enim unquam *Δανααί* dixit pro *Δαναΐδες*? Quae his proxime inferuntur verba *ἐν εὐπορίᾳ ὑδάτων ἀπορίαν εἰσάγοντες*, satis mirari non possum doctissimis editoribus adeo obscura visa esse, ut sanissima verba audacissimis coniecturis vexarent. Disputat scriptor contra eos, qui Homericum *πολυδίψιον Ἄργος* de soli siccitate interpretantur. Hi igitur agrum Argivorum fontibus et fluviis abundare concedunt, urbem ipsam autem in siticuloso loco sitam esse contendunt; at iidem ne urbem quidem puteis carere dicunt, et quattuor adeo eximio honore coli affirmant: sibi ipsi igitur repugnant et in summa aquarum abundantia penuriam aquarum inducunt. Ita si haec intellegas, non video quid ultra requiras. Participium *εἰσάγοντες* a verbis *συγχωροῦσιν* et *λέγουσι* suspensum est; illa vero *ἃ ταῖς Δαναΐσι — ἔνυδρον*, parenthesi sunt includenda.

VIII 371 = 175, 19.

De Danao hic disserit scriptor, cuius sepulcrum cum in Argorum foro ostendi dixisset, subiunxit haec: *καλεῖται δὲ Πάλινθος*. Huius nominis laudabo qui probabilem rationem reddiderit. Interim scripsisse Strabonem suspicor: *καλεῖται δὲ πλίνθος*. Nimirum ab oblonga forma monumentum illud id nominis traxisse conicio, quam in rem comparari possunt quae de foro Tegeatarum memoriae prodidit Pausanias Arcad. 48, 1: *τῆς ἀγορᾶς δὲ μάλιστα ἐοικυίας πλίνθῳ κατὰ τὸ σχῆμα, Ἀφροδίτης ἐστὶν ἐν αὐτῇ ναὸς καλούμενος ἐν πλινθίῳ.* Ac fortasse etiam Strabonis verba de foro Argivo intellegenda sunt.

Hoc quidem certum est, in aliis quoque oppidis loca quaedam vel fora fuisse *πλινθίου* nomine significata. Hinc lux petenda verbis Hippocratis Epidem. 6, 6, 10: *τὰ στρογγυλούμενα* *) *πτύαλα παρακρουστικά, οἷον τῷ ἐν πλινθίῳ*, pro quo in loco parrallelo 6, 3, 2 male editur *πληνῷ*. Ad Tegeatarum forum autem haec referri non possunt, quoniam sexti Epidemiorum libri scriptor Peloponnesum non videtur adiisse. Cf. Littré Praef. Hippocr. vol. 5 p. 10. Itaque fortasse Perinthi fuit quod Hippocrates memorat *Πλινθίον*. Ad Strabonem ut redeam, de Danai monumento cf. Pausan. Cor. 20, 6. Quae proxime sequuntur apud Strabonem de nominibus Argivorum, mirifice turbata sunt, atque ita ut nunc leguntur a Strabone scribi non potuerunt.

VIII 373 = 178, 12.

Ταύτῃ δὲ (Mideam dixit) *ὅμορος Πρόσυμνά [ἐστι χώρ]α, ἡ τὸ ἱερὸν ἔχουσα Ἥρας*. Ita haec corrigenda videri docebitur ad Stephanum Byz. p. 536, 21. In sequentibus quae est novem fere literarum lacuna cum Ferdinando Rankio sic videtur explenda esse: *οἱ δὲ ἐ[κ τῆς Μιδέας] εἰς τοὺς Ἁλιεῖς.*

VIII 374 = 182, 4.

Ἄνθης δ' ὁ προκατέχων πλεύσας Ἁλικαρνασὸν ἔκτισεν· ἐροῦμεν δ' ἐν τοῖς Καρικοῖς ...... ον καὶ τοῖς Τρωικοῖς. Octo literarum lacunam Kramerus explevit coniciendo [*περὶ τούτ*]*ων*. Crediderim potius fuisse olim [*πλατύτερ*]*ον*, vel [*ἐπὶ πλέ*]*ον*. Ceterum aut non stetit promissis scriptor, aut exciderunt in rerum Troicarum

---

*) Cod. H et plures libri altero loco habent *στρογγυλωμένα*. Scribendum igitur *ἐστρογγυλωμένα*.

enarratione ea quae de Anthe Halicarnasi conditore scripserat: atque habebat sane ea de re dicendi opportunitatem lib. 13 p. 611 = 54, 12. In Caricis autem lib. 14 p. 656 nihil habet praeter haec pauca: *οἰκισταὶ δ' αὐτῆς* (Halicarnasi) *ἐγένετο ἄλλοι τε καὶ Ἄνθης μετὰ Τροιζηνίων.*

VIII 374 = 182, 7.

De Epidauro disputaturus ita orditur: *ἡ Ἐπίδαυρος δ' ἐκαλεῖτο Ἐπίταυρος· φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης κατασχεῖν αὐτὴν Κᾶρας.* Haec male coeunt, quod qui sentirent pro *Ἐπίταυρός* scripserunt *Ἐπίκαρος.* Hinc in margine cod. a legitur: *Ἐπίδαυρος τὸ πρῶτον Ἐπίκαρος ἀπὸ Καρῶν κατασχόντων αὐτήν.* Ac tali codice usus est Eustathius p. 287, 38 *κατὰ δὲ τὸν γεωγράφον καὶ Ἐπίκαρον αὐτὴν οἴονταί τινες ὡς Καρῶν αὐτήν ποτε κατασχόντων.* Verum illud *Ἐπίκαρος* ineptissimum commentum est interpolatoris, qui non videret Strabonem in sequentibus non *γάρ* scripsisse, sed *δέ.*

VIII 375 = 183, 8.

Τὴν ἐν τῇ Τροιζῆνι Μεθώνην. Haesit Casaubonus *ἐπί* corrigens pro *ἐν.* Scribendum potius *ἐν τῇ Τροιζηνίᾳ.* Ibidem *παύσασθαι τειχοδομεῖν* cum contra omnium graece loquentium consuetudinem dictum sit, scribendum videtur vel *τειχοδομίας,* vel quod malim *παύσασθαι* [*τοῦ*] *τειχοδομεῖν.*

VIII 377 = 188, 1.

Περὶ κρήνην τὴν Μακαρίαν. Mirum est unquam dubitari potuisse de nominis huius veritate, cum Macariam Herculis filiam, a qua fontem illum nominatum esse perquam credibile est, praeter Pausaniam commemorent etiam Zenobius Prov. 2, 61 et Timaeus Lex. Plat. p. 59.

VIII 378 = 188, 20.

Ὁ δὲ Κόρινθος ἀφνειὸς μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον, ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ κείμενος καὶ δυεῖν λιμένων κύριος, ὧν ὁ μὲν τῆς Ἀσίας ὁ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐγγύς ἐστι· καὶ ῥᾳδίας ποιεῖ τὰς ἑκατέρωθεν ἀμοιβὰς τῶν φορτίων πρὸς ἀλλήλους τοῖς τοσοῦτον ἀφεστῶσιν. In his cum neque *μέν* post *ἀφνειός* oppositum habeat, nec *ποιεῖ* quo referendum sit ullo pacto intellegatur, manifestum est excidisse nonnulla in hanc fere sententiam: *ὁ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐγγύς ἐστιν· [εὐπορεῖ δὲ καὶ ἐκ τῶν περὶ τὸν δίολκον τελῶν, ὃς τὰ πορθμεῖα ὑπερνεωλκεῖ] καὶ ῥᾳδίας ποιεῖ·* etc. Iam etiam proxima verba, *ἦν δ' ὥσπερ ὁ πορθμὸς οὐκ εὔπλους ὁ κατὰ τὴν Σικελίαν τὸ παλαιόν*, nova luce illustrantur, in quibus *τὸ παλαιόν* ad ea tempora referendum est, quibus diolco uti nondum licebat. Ceterum lacunae caussa eo faciliorem explicatum habet, cum a verbis *καὶ ῥᾳδίας* in codice nova manus incipiat. At etiam sequentia multis laborant difficultatibus; adscribam ut virorum doctorum emendationibus quibusdam necessariis adiutus distinguenda et scribenda arbitror: *ἀγαπητὸν οὖν ἑκατέροις ἦν τοῖς — ἐμπόροις ἀφεῖσι τὸν περὶ Μαλέας πλοῦν κατάγεσθαι τὸν φόρτον αὐτόθι. καὶ πεζῇ δὲ τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῶν εἰσαγομένων ἔπιπτε τὰ τέλη τοῖς τὰ κλεῖθρα ἔχουσιν.* Quod post *πλοῦν* in libris habetur *εἰς Κόρινθον*, delendum erat; apertum est in margine adscriptum fuisse ad explicandum *αὐτόθι*.

VIII 378 = 190, 4.

Σφυρήλατος χρυσοῦς ἀνδριὰς εὐμεγέθης. Recte Groskurdus excidisse vidit *Διός*, quod illi post *ἀνδριάς*, mihi post *εὐμεγέθης* inserendum videtur, potuitque eo loco eo facilius describentes fallere, cum proxime sequatur nomen *Δημάρατος*.

VIII 378 = 190, 15.

In lepidissima de meretricula Corinthiaca narratiuncula non animadverterunt neque interpretes Strabonis neque Valckenarius ad Theocriti Adon. p. 338, postrema verba choliambicis versibus inclusa esse:

εἰπεῖν· ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη
καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ.

Quod non casu factum videri potest; nec enim prorsus incredibile est haec Strabonem ex poeta, qualis e. c. Aeschrio fuit, derivasse; *μέντοι ἡ* in duas syllabas coalescit. Neque offensioni esse potest spondeus in quinta sede, quo qui usos esse poetas graecos negat Cobetus V. C. in doctissimis animadversionibus ad Orat. adit. p. 154, mihi quidem iocatus esse videtur. Non dissimulandum tamen Straboni etiam alibi versus excidisse inscienti, ex quo genere sunt versiculi iambici, *εὑρεσιλογοῦσι μᾶλλον ἢ λύουσι τὰ ζητούμενα* lib. 13 p. 616.

VIII 379 = 191, 16.

Τοῦ δ' οὖν Εὐριπίδου φήσαντος οὕτως ,ἥκω περίκλυστον προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον ἱερὸν ὄχθον πόλιν Ἀφροδίτας', τὸ περίκλυστον ἤτοι κατὰ βάθους δεκτέον, ἐπεὶ καὶ φρέατα καὶ ὑπόνομοι λιβάδες διήκουσι δι' αὐτοῦ, ἢ τὸ παλαιὸν ὑποληπτέον τὴν Πειρήνην ἐπιπολάζειν καὶ κατάρρυτον ποιεῖν τὸ ὄρος. Euripidea parum recte curavit Valckenarius Diatr. p. 165, qui cum systema anapaesticum restituere vellet, non tantum vitiosos procudit anapaestos, sed Higthianis artibus usus elegantissimam orationem corrupit. Hoc unum recte monuit respexisse eundem locum Plutarchum Erot. p. 767 f. Quis autem non videat numeris Euripidem usum esse choriambicis:

– | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏓
–́ ⏑ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓

Plutarchus enim, qui ne nominato quidem Euripide primam fragmenti partem ita scriptam exhibet: *τὸν ὕδατι χλωρῷ κατακλυζόμενον προλιποῦσ' Ἀκροκόρινθον*, memoriter haec citavit, et verba *ὕδατι χλωρῷ* aliunde ceteris videtur annexuisse, id quod ille etiam in aliis fecit. Ceterum admonere debebant editores Euripidis, esse illa verba exordium carminis parodici, chorumque, quem haec canentem induxerat poeta, compositum fuisse aut ex hierodulis aut ex mulieribus Corinthiacis. Iam Strabonis interpretationes ut attingam, earum primam longe esse absurdissimam dicere non dubitamus; nec multo melior altera, artificiosior illa, quam ut probari possit. Quid vero impedit quo minus *περίκλυστον Ἀκροκόρινθον* eodem sensu intellegamus, quo bimarem Corinthum dixit Horatius? Sed in Strabonis verbis aliquid praeterea corruptum videtur; parum recte enim *φρέατα* montem pervadere dicuntur, praesertim cum scriptor ipse in superioribus dixerit, se nullos in Acrocorintho puteos vidisse. Hinc eum pro *φρέατα* scripsisse putamus *φλεβία*, de quibus ipse Strabo dixerat: *φασὶ δὲ καὶ ἐνθένδε καὶ ἐξ ἄλλων ὑπονόμων τινῶν φλεβίων συνθλίβεσθαι τὴν κρήνην*. Cf. lib. 8 p. 389 *μέχρι τῶν κατὰ βάθους φλεβῶν τῆς πηγῆς*. In sequentibus *ὑποληπτέον τὴν Πειρήνην ἐπιπολάζειν*, pro ultima voce malim *ὑπερπολάζειν*.

VIII 379 = 192, 5.

Βασιλείου λευκῷ λίθῳ πεποιημένου. Non ferri posse videntur dativi, quod sentiens Coraes *λευκολίθου* scripsit. Malim *λευκοῦ λίθου*. Genetivos cumulat etiam 16 p. 769 *Αἰγυπτίων θεῶν ἱερῶν*. In sequentibus *τῆς Φωκίδος καὶ τῆς Βοιωτίδος καὶ Μεγαρίδος*, non dubium mihi quin *Βοιωτίδος* a librario ceteris assimilatum sit. Scribendum *Βοιωτίας*.

VIII 381 = 195, 21.

Νεκροκορινθίων ἐπλήρωσαν τὴν Ῥώμην· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν τάφων ληφθέντα, καὶ μάλιστα τὰ ὀστράκινα. Permirum mihi semper accidisse fateor nomen *νεκροκορίνθια*, quod non nego mihi aliquando ex *νεκυακροθίνια* corruptum visum esse, quo satis commode id quod Strabo voluit indicari existimabam, comparabamque *ἀκροθίνια· πολέμου*, i. e. *τὰ ληφθέντα ἐκ πολέμου*. At videtur tamen editum defendi posse, si partem urbis Corinthi eam, in qua mortui sepeliebantur, *Νεκροκόρινθον* vocatam fuisse statuere licet. Ita haberemus *Κόρινθον* urbem, *Ἀκροκόρινθον* arcem, *Νεκροκόρινθον* sepulcreta.

VIII 382 = 196, 6.

Corinthios agro usos esse dicit duro et *σκολιῷ, ἀφ' οὗ πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι, καὶ παροιμιάζονται 'Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται'.* Non haeserunt critici in eo quod *πάντες* Corinthum *ὀφρυόεντα* dixisse feruntur. An scripsit *πα[ίζο]ντες*? lusus autem constat in eo quod *ὀφρυόεις* et montosum et superbum denotat. Sensu proprio dixit oraculum apud Herodot. 5, 92.

> *ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε, Κορίνθιοι, οἳ περὶ καλὴν*
> *Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον.*

Ubi *ὀφρυόεις Κόρινθος* de Acrocorintho intellexerim. Cf. Nansius ad Nonni paraphr. Ioann. 21, 59. Superbiam autem obiectari Corinthiis non mirum; *τίκτει τοι κόρος ὕβριν*! Eadem versus proverbialis, quem affert scriptor, est ambiguitas, qua demta nulli in eo sales, nulla acrimonia. Praeterea nescio an *κοιλαίνεται* spurcitiem quandam indicet.

VIII 382 = 196, 17.

Πρὸ τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν πόλιν. Ita recte codd. ut apud Dionysium AR. 9, 35 *ὁ δῆμος πρὸ πολλοῦ τῆς πόλεως ὄντι ὑπήντα,* ipsumque Strab. 6 p. 275 *μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν.* Cf. Schaeferum ad Bosii librum de Ellipsibus p. 104.

VIII 382 = 197, 7.

Τιμᾶται δ' ἐν Φλιοῦντι καὶ Σικυῶνι τὸ τῆς Δίας ἱερόν· καλοῦσι δ' οὕτω τὴν Ἥβην. Hebae cultum apud Phliasios testatur etiam Pausan. 2, 23, 3 et Herculis apud Sicyonios idem 2, 10, 1. Hinc nata mihi suspicio est ad alterutram urbem pertinere quae de Herculis et Diae seu Hebae cultu e Mnasea Aelianus AH. 17, 46 refert, cuius verba vide an ita in ordinem redigi possint: *λέγει Μνασέας ἐν τῇ Εὐρώπῃ Ἡρακλέους ἱερὸν εἶναι καὶ Δίας τῆς τούτου γαμετῆς, ἣν ᾄδουσιν οἱ ποιηταὶ τὴν Ἥρας θυγατέρα. οὐκοῦν ἐν τῷ τοῦ νεὼ περιβόλῳ τιθασοὺς ὄρνιθας τρέφεσθαι πολλούς φησι, καὶ τοῦτο δέ, εἶναι ἀλεκτρυόνας τε καὶ ἀλεκτορίδας τούσδε τοὺς ὄρνις. αἱ μὲν οὖν ἀλεκτορίδες ἐν τῷ τῆς Δίας νέμονται, οἱ δὲ ἐν Ἡρακλέους οἱ τῶνδε γαμέται.* In initio vulgo ante *Ἡρακλέους* additur *Διός*, quod cum nihil sit, in *Δίας* mutatum transposui inter *καί* et *τῆς τούτου*, idemque nomen ultimis verbis restitui pro *Ἥρας*, quod viri docti in *Ἥβης* mutarunt. Attigit Aeliani locum Vaterus in Iahnii Annal. Philol. et Paed. Supplem. vol. 16 p. 190.

VIII 382 = 197, 9.

Τὴν δὲ Σικυῶνα πρότερον Μηκώνην ἐκάλουν, ἔτι δὲ πρότερον Αἰγιαλούς. Ita etiam schol. Ptolemaei Geogr. 3, 16, 6, sed is ex Strabone sua duxit. Scribendum videtur *Αἰγιαλεῖς*.

VIII 387 = 205, 6.

Καὶ Αἰσχύλος δὲ λέγει που Βουράν θ' ἱερὰν καὶ κεραυνίας Ῥύπας'. Haec quoque in marginem releganda sunt, habentque eundem auctorem qui lib. 8 p. 364 adscripsit *καὶ Σοφοκλῆς λέγει που Νὴ τὼ Λαπέρσα* etc. et 9 p. 393 *καθάπερ καὶ Αἰσχύλος εἴρηκε, Αἴγινα δ' αὕτη πρὸς νότου κεῖται πνοάς*, et 13 p. 637 *καθάπερ καὶ Μένανδρός που ἔφη*. Versus Aeschyleus ita scribendus videtur: *Βοῦραν καθ' ἱερὰν καὶ κεραυνίας Ῥύπας.* In sequentibus scribendum *Στράτος* pro *Στρατός*.

VIII 388 = 207, 15.

Τεγέα δ' ἔτι μετρίως συμμένει, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀλέας Ἀθηνᾶς· τιμᾶται δ' ἐπὶ μικρὸν καὶ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερόν. Pro *ἐπὶ* alii codd. *ἔτι.* Fort. *Ἀθηνᾶς τιμᾶται ἔτι μικρόν· καί* —

VIII 389 = 209, 4.

Τὸν Ἐρασῖνον δὲ περὶ Στύμφαλον ῥέοντα, ὑποδύντα ὑπὸ τὸ ὄρος ἐν τῇ Ἀργείᾳ ἀναφανῆναι. Pro *περί* A habet *παρά*. Scribendum igitur *παρὰ Στυμφάλου*. Ibi enim fontes Erasini, ut ipse testatur Strabo lib. 8 p. 371 *τὰς ἀρχὰς ἐκ Στυμφάλου τῆς Ἀρκαδίας λαμβάνει*, et Pausan. Cor. 24, 7 *ἐκ Στυμφάλου τῆς Ἀρκάδων.* Praeterea prorsus contra morem nostri dictum est illud *ὑπὸ τὸ ὄρος*, qui ubi articulo utitur in montis similiumque commemoratione, constanter ipsum nomen addere solet. Scribendum sine dubio *ὑπὸ τὸ [Χάον] ὄρος*. Cf. Pausanias l. l. *ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ Χάον ἐστὶν ὄρος ὀνομαζόμενον. ὑπὸ δὲ αὐτῷ δένδρα πέφυκεν ἱερὰ καὶ ἄνεισι τοῦ Ἐρασίνου φανερὸν ἐνταῦθα δὴ ὕδωρ.* Monuisse video etiam Groskurdum.

IX 390 = 212, 2.

Ἐπὶ Σούνιον τὸ τῆς Ἀττικῆς ἄκρον ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω

μέρη. Id neque emendate nec Strabonis usui convenienter dictum est. Pro altero *ἐπὶ* scribendum *καί*. Sequitur locus plurimis lacunis intercisus, quem supplementis aliorum adiutus ita redintegrandum esse suspicor: *νομίζει δ' οὐδ' ἂν κ[οιλαίνεσθαι οὕτως] τὴν ἠόνα τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι [τοῦ Ἰσθμοῦ ὥστε μεγάλην] ἔχειν ἐπιστροφήν, εἰ μὴ προσῆν τῇ [παραλίᾳ ταύτῃ] τὰ συνεχῆ τῷ Ἰσθμῷ χωρία τὰ [ποιοῦντα τὸν κόλπον τὸν] Ἑρμιονικὸν καὶ τὴν Ἀκτήν· ὡς δ' αὕτως [οὐδ' ἂν τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυν]ίων ἐπὶ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον ἔχειν τινὰ τοσαύ[την ἐπιστροφ]ὴν ὥστε κοιλαίνεσθαι κολποειδῶς καθ' αὑ[τήν, εἰ μὴ τὸ] Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον συναγόμενα εἰς στενὸν [ἐποίει τὴν] ἔμφασιν ταύτην· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περι[έχοντα] τὸν μυχόν*. Diligentissime in his lacunarum, quales in cod. A esse feruntur, magnitudinem observavi, nec ab iis qui ante me haec tractarunt recessi nisi ubi res ipsa vel linguae leges id postularent. Ad postrema cf. p. 409. 423.

IX 391 = 213, 15.

Κάμψαντι δὲ τὸ Σούνιον πρὸς ἄρκτον μὲν ὁ πλοῦς ἐκκλίνων πρὸς δύσιν. Particulae *μέν* cum nihil respondeat, apertum est aut [*ἀλλ'*] *ἐκκλίνων*, aut *ἐκκλίνων* [*δὲ*] scribendum esse. His proxime subiciuntur haec: *Ἀκτὴ δ' ἐστὶν ἀμφιθάλαττος, στενὴ τὸ πρῶτον, εἶτ' εἰς τὴν μεσόγαιαν πλατύνεται*. Viderunt aliquid qui pro *Ἀκτή* scribendum censuerunt *Ἀττική*. Atqui id sine articulo non dicit noster, et aegre careo notione *τῆς ἀκτῆς*. Itaque nescio an sic potius Strabo scripserit: *ἀκτὴ δ' ἐστὶν ἀμφιθάλαττος [ἡ Ἀττική], στενὴ τὸ πρῶτον* etc. idque ipse firmare videtur Strabo in sequentibus: *διὰ δὲ τοῦτο καὶ Ἀκτήν φασι λεχθῆναι τὸ παλαιὸν — ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἀλιτενὲς καὶ στενόν,*

ubi ὄν addendum videtur post στενόν. In fine eiusdem paragraphi addit: ταύτας οὖν διέξιμεν ἀναλαβόντες [πάλιν ἀπὸ τῆς π]αραλίας ἀφ' ἥσπερ ἀπελίπομεν.' Ita enim commodissime duodecim fere literarum lacuna expleri posse videtur, posthabitis Groskurdi supplementis; articulo enim carere non licet, neque ἐκ pro ἀπό bene dictum est. Ad ταύτας supplendum πλευράς, nisi malis ταῦτα corrigere. Ceterum cf. Diodorus Sic. 3, 42 τὸ δ' ἄλλο πάλιν ἀναλαβόντες ἀπὸ τοῦ μυχοῦ διέξιμεν.

IX 391 = 214, 14.

Μετὰ δὴ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι. Scironides petras quo iure super Atticam sitas esse dici possit, cum tota Megaris interiecta sit, non intellego. Itaque τῆς ἀκτῆς scribendum videtur.

IX 392 = 216, 11.

Φησὶ δ' ὁ Αἰγεὺς (apud Sophoclem) ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀ[πελθεῖ]ν εἰς ἀκτὰς τῆσδε γῆς πρεσβεῖα νείμας, ...α Λύκῳ τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων. Trium literarum lacunam satis certo explere licebit scribendo [εἶτ]α Λύκῳ. Sed etiam in priore parte aliquid corruptum vel omissum esse ex eo intellegitur, quod ἀκταί non potest carere epitheto, quo quae tandem Atticae terrae litora Pandion Aegeo habitanda concesserit indicetur. Ferrem si ἀκτήν numero singulari scriptum esset, quo nomine ipsam illam, in qua Athenae sitae sunt, partem significari constat *). Fortasse locus ita a poeta scriptus fuit:

*) Video nunc hoc ipsum Ἀκτήν Sophocli restitutum voluisse Schoemannum Comit. Athen. p. 344, qui primos fragmenti versus ita scripsit: πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς Ἀκτὴν ἐμοί, πρεσβεῖα νείμας

ἐμοὶ μὲν ὥρισεν πατὴρ
ἀκτὰς ἀπελθεῖν τῆσδε γῆς [προσεσπέρους]
πρεσβεῖα νείμας, εἶτα [δευτέρῳ] Λύκῳ
τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμειν.

Sic enim in ultimo versu corrigendum videtur editum *νέμων*, ut infinitivus ab *ὥρισεν* suspensus sit; et intercidit in cod. A *μων* a sec. m. suppletum.

IX 393 = 218, 5.

Καθάπερ καὶ Αἰσχύλος εἴρηκεν ,Αἴγινα δ' αὕτη πρὸς νότου κεῖται πνοάς'. Afferuntur haec eam ob caussam, ut Salaminem, Salaminis insulae urbem, Aeginam versus sitam esse et in meridiem vergere doceatur, quod ita demum ex Aeschyli versu efficitur, si scenam dramatis, ex quo ille derivatus est, ipsam urbem Salamina fuisse sumatur. Ea vero artificiosior argumentandi ratio est et Straboni minime usitata; itaque vereor ne hoc quoque exemplum a glossatore in margine adscriptum fuerit. Cf. ad 8 p. 387.

IX 394 = 218, 16.

Ἐπιφανὴς δ' ἡ νῆσος ὑπῆρξε διὰ τοὺς Αἰακίδας ὑπάρξαντας αὐτῆς. Id quamquam intellegi potest, Strabo tamen scripsisse videtur *ἐπάρξαντας*.

IX 394 = 219, 3.

Βώκαρος δ' ἐστὶν ἐν Σαλαμῖνι ποταμός, ὁ νῦν Βωκαλία καλούμενος. Haec inepte hoc loco ponuntur et incommode cetera interpellant. Itaque aut sede sua mota sunt, aut, quod mihi multo credibilius videtur, eiusdem

---

τῆσδε γῆς· τῷ δ' αὖ Λύκῳ etc. De nomine *Ἀκτή* cf. Grammat. Bekkeri p. 370, 8 *Ἀκτή, ἰδίως ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς.*

sunt annotatoris, cui multa similis argumenti additamenta debentur.

IX 395 = 221, 13.

Λόφος δ' ἐστὶν ἡ Μουνυχία χεῤῥονησιάζων — στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων. Perquam insolenter *στόμιον* hoc loco dictum est, ac vereor ne *ἰσθμίῳ* Strabo scripserit. Ibid. 24 malim *τό [τε] τεῖχος.*

IX 396 = 222, 14.

Ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τι σημεῖον· ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης. Sunt Hegesiae verba de Athenarum magnificentia vere *ἐνθουσιῶντος*, sed foedis vitiis maculata. Illud quidem non dubium est respici ingentem illum tridentem, Neptuni insigne, Cecropiae rupi insculptum, de quo Pausaniae aliorumque scriptorum loca composuit Meursius Cecrop. 62. At quis unquam dixit *σημεῖον περί τινος*? et quam sententiam inesse dicamus verbis *ἔχει τι*? quibus *ἐκεῖ* suffecit Gronovius. At Hegesias scripserat *καὶ τὸ περιττῆς τριαίνης ἐκεῖθι σημεῖον.* De tridente illo, ut hoc addam, etiam Euripidis verba intellegi video Erecht. fr. IV, 47 *οὐδ' ἀντ' ἐλαίας χρυσέας τε γοργόνος τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεώς.* Quod num recte fiat subdubito, quandoquidem Euripides hoc dicere voluit, non futurum esse ut unquam Minervae sacra sacris Neptuni cedant: quam sententiam poeta ita expressit, ut Eumolpum nunquam Neptuni tridentem in arce positurum eumque pro oliva et gorgoneo capite culturum esse dicat; *τὴν γοργόνα* enim de *ἐπιχρύσῳ Γοργοῦς κεφαλῇ* interpretor, quam in australi muro Cecropiae effictam fuisse constat ex Pausania Att. 21, 3. Hegesiae locum attigit Ruhnke-

nius ad Rutilium Lup. p. 26, recte eum ad orationes viri referens. Postrema loci verba fortasse ita supplenda sunt: *ἡ γὰρ Ἀττικὴ θεῶν αὐτοῖς [ἵδρυμα] καταλαβόντων καὶ τῶν προγόνων ἡρώων [ἐστὶν ἱερόν].* Haec postquam scripsi in manus meas venit Göttlingi Commentationum philologicarum volumen primum, in quo p. 114 *τρίαιναν* in Hegesiae et Euripidis locis de tricuspide Minervae Promachae hasta interpretatur, quod ut in Euripidis verbis, nunc emendatius scriptis quam leguntur apud Göttlingum, ipsa sententia fieri vetat, ita ne apud Hegesiam quidem *τρίαινα* aliud quid quam quod omnes scimus significare posse certissimum est.

IX 396 = 223, 17.

Καὶ εἰς τὸ Λεωκόριον καὶ τὸ Θη[σεῖον μύθ]ους ἔχει, καὶ τὸ Λύκειον, καὶ τὸ Ὀλυμπικόν. Ita haec recte suppleta sunt; sed pro *εἰς* praeterea scribendum *ἔτι.* Etiam sequentia verba non male viri docti resarciunt: *καὶ τὸ Ὀλυμπικόν, [ἔστι δὲ ταὐτ]ὸ τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ἀναθεὶς ὁ βασιλεύς.* Quamquam perquam exilis est et Strabone vix digna hoc quidem loco grammatica de duplice forma *Ὀλυμπιεῖον* (sic enim Kramerus corrigit editum *Ὀλυμπικόν*) et *Ὀλύμπιον* adnotatio. Quo accedit, quod in tali re Strabo alia uti solet dicendi forma, qua, si id dicere voluit quod eum dicere iubent critici, ita potius eum locuturum fuisse crediderim: *καὶ τὸ Ὀλυμπιεῖον ἢ τὸ Ὀλύμπιον· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως.* Cf. ad VI p. 255. Fortasse igitur *Ὀλυμπικὸν* ex *Διονυσιακόν* vel simili nomine corruptum, lacuna autem, quae decem fere literarum esse fertur, ita explenda est: *[καὶ δὴ καὶ αὐτ]ὸ τὸ Ὀλύμπιον.* Pro *ἀναθεὶς* Leakius Topogr. Ath. ed. Germ. p. 376 parum probabiliter et praeter necessitatem coniecit *Ἀντίοχος.* Paulo post (224, 3) sup-

plendum videtur *τὰ ἱερὰ τὰ ἐν τῇ πό[λει πλεῖστα] ἔχοντα τεχνιτῶν ἔργα.* Decem enim literae exciderunt.

IX 397 = 224, 8.

Ἀκτικὴν μὲν γὰρ ἀπὸ Ἀκταίωνος φασίν. Scribendum videtur *Ἀκτήν*, sive malis *Ἀκταίαν. Ἀκτική* enim nullo unquam tempore dicta fuit Attica, quae nominis forma si quando occurrit, ab iis ficta est, qui nomen *Ἀττική* ab *ἀκτή* derivarent, ut ab ipso Strab. 391 *Ἀκτὴν φασὶ λεχθῆναι τὸ παλαιὸν καὶ Ἀκτικὴν τὴν νῦν Ἀττικήν*, ubi *καί* idem est quod *ἤγουν*. De nomine *Ἀκταία* vide Pausan. Att. 2, 5, ubi Actaeus vocatur, qui nostro est Actaeon *).

IX 397 = 224, 15.

Ὅσῳ δὲ πλέον ἐστὶ τὸ φιλότιμον περὶ τὰ ἔνδοξα καὶ πλείους οἱ λαλήσαντές τι περὶ αὐτῶν, τοσῷδε μείζων ὁ

---

*) Hoc synonymiae exemplo plus semel utuntur grammatici graeci, ut Stephanus Byz. p. 97, 14 de Antaei nomine agens: *λέγεται καὶ Ἀνταίων ὡς Ἀκταίων*, i. e. ut *Ἀνταίων* dicitur et *Ἀνταῖος*, ita etiam *Ἀκταίων* et *Ἀκταῖος*. Etymol. M. p. 43, 6 *ἀπὸ τοῦ Ἀκταίων γίνεται Ἀκταῖος, τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου φυλαττομένου*, et p. 92, 47 *τὸ Ἀκταῖος ἀπὸ τοῦ Ἀκταίων ἐγένετο, καὶ τὴν σημασίαν τοῦ Ἀκταίων ἐφύλαξε. ὁ αὐτὸς γὰρ λέγεται καὶ Ἀκταίων καὶ Ἀκταῖος.* Choeroboscus apud Bekkerum Anecd. gr. p. 1313 *ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀκτὴ γέγονεν Ἀκταῖος καὶ Ἀκταίων.* Adscripsi haec eo consilio, ut de Varronis loco meam proponerem sententiam in libro de LL. 9, 90 reprehendunt, cum de eadem voce plura sunt vocabula declinata, quas *συνωνυμίας* appellant, ut Sappho et (Psappha), et Alcaeus et Alcaeo, sic Geryon, Geryoneus, Geryones. Et paucis interiectis: non facere (debet), cum dixerit recto casu Alcaeus, in obliquis Alcaeoni et Alcaeonem. Mihi nunquam credibile visum est, Alcaeum poetam unquam Alcaeonem dictum fuisse, cuius formae mirum profecto, quod apud scriptores, qui toties hoc nomen commemorant, ne levissimum quidem vestigium apparet. Quare magnopere vereor, ne utroque Varronis loco Actaei et Actaeonis nomen rescribendum sit. Errorem peperit Sapphonis vicinitas.

τιακῶς Μυκαληττόν· ὡς δ' αὕτως καὶ τὸ Ἅρμα. Quae his interposita sunt de forma Boeotica *Μυκαληττός*, quibus rerum ordo aliquantum turbatur, non dubito quin ab interpolatore addita sint; ac ne hunc quidem *Μυκαληττόν* scripsisse crediderim, sed *Μουκαληττόν*. Id enim vere Boeoticum est. Pro *ὁδὸν Θηβαίων* Coraes scripsit *ὁδὸν Θηβῶν*, quod non sufficit. Usus dicendi requirit *ὁδὸν [τὴν ἐκ] Θηβῶν*. Ac *τήν* habent etiam codices. In sequentibus pro *Μυκαληττόν* scribendum *Μυκαλησσόν*.

IX 404 = 239, 6.

Ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τάναγρα κ . . . . ἐν δεξιᾷ κεῖται. In his *Ἄργος* corruptum esse certissimum; at quicquid scripserit Strabo, pro *ἀπιόντι*, quod prorsus insolenter positum est, reponendum *ἀνιόντι*, ex quo conicere licet, locum, cuius nomen in *Ἄργος* corruptum est, in alto situm fuisse, quemadmodum etiam Tanagra in acclivi sita erat. Iam inter *κ* et *ἐν* codex A quindecim fere literarum lacunam habet, praeterea post *κ* partem literae sive *α* sive *ω* superesse indicavit Kramerus. Lacunae explendae varias vias inierunt critici, sed ut nulla probari posse videatur. Fortasse propius vero accesserit, qui comparet quae infra leguntur p. 405 = 242, 10, ubi postquam dixit scriptor fuisse qui apud Homerum Il. *β'*, 508 scriberent *Φαράς τε ζαθέας*, ita pergit: *ἔστι δὲ τῆς τετρακωμίας τῆς περὶ Τάναγραν, Ἐλεῶνος Ἅρματος Μυκαλησσοῦ Φαρῶν.* Has omnes disertim memoravit geographus, Mycalessum et Harma p. 238, 1—4, Heleonem p. 240, 9, unas Pharas non nisi eo quo dixi loco obiter et in transcursu. Hinc suspiceris a Strabone scriptum fuisse *ἡ Τάναγρα κ[ώμη· ἡ δὲ Φαραὶ κώμη] ἐν δεξιᾷ κεῖται.*

IX 405 = 240, 19.

Διαρμα δ' ἐστὶν — πολὺ ἐλάττους. Haec cum ea, quae scriptor de Aegis attulit, incommode interrumpant, loco suo mota et post *ἦν δέ ποτε καὶ πόλις* transponenda suspicor. Quamquam ut dicam quod sentio, vehementer vereor ne hic quoque interpolatoris manus grassata sit, et omnia ista inde a verbis *κεῖται δ' ἐπί* usque ad *'Ορόβιαι*, utpote ab hoc loco prorsus aliena, delenda sint.

IX 405 = 241, 9.

'Ο καλούμενος Ἶσος συστέλλοντι τὴν πρώτην συλλαβήν· οἴονται δὲ τινὲς δεῖν γράφειν Ἰσόν τε ζαθέην (Il. *β'*, 508), *ἐκτείνοντες τὴν πρώτην συλλαβὴν ποιητικῶς διὰ τὸ μέτρον.* Corrigunt *συστέλλων.* Dativum fortasse tuearis ex lib. 10 p. 487 *Σῦρος δ' ἐστὶ συστέλλουσι τὴν πρώτην, ἐξ ἧς Φερεκύδης ἦν.* Quamquam id quoque aliter accipi potest. Pro *ποιητικῶς* melius dixisset *ἐπικῶς.* Nam Dorici poetae et Pindarus in *ἴσος* primam corripiunt, qua ancipiti usa est Sappho in noto illo odario dicens *φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν*, at alio loco *ἶσος Ἄρῃ* Fragm. 93, 2. Ex his intellegi potest, quam recte Cobetus V. C. in notis ad Orat. adit. p. 156 scripserit ,*ἶσος* producit primam, praeterquam apud Athenienses, et Babrius ipse Ionice scripsit'. Babrii versu fab. 35, 2 *τεκοῦσα δ' αὐτοῖς ἐστὶν οὐκ ἴση μήτηρ*, non convelli praeceptum Lachmanni, quod sugillat Cobetus *), planissime

*) Nimis vellem vir egregius, cuius doctrinam et ingenii elegantiam suspicio, tota illa in Lachmannum Philippica abstinuisset. Plena enim errorum est, et auctori potius dedecori quam Lachmanno eiusque amicis; quod ne temere dixisse videar, haec habeto. ,Mediam in *δέδιθι* corripi evincunt carmina Homerica'. At *δείδιθι* media longa dixit Nicander, de quo cf. Exercitt. in Athen. 2 p. 42.

docent quae leguntur apud Etymol. M. p. 477, 10 *παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ἀεὶ μακρὸν (τὸ ῑ τοῦ ἴσος), — παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς καὶ κωμικοῖς συστέλλεται ἀεί, κατὰ δὲ ἰαμβικοὺς ἐπαμφοτερίζει.*

IX 405 = 241, 17.

Ἦν γὰρ ὁ[μώνυμος πόλις τῇ] Μεγαρικῇ, ἐκεῖθεν ἀπῳκισμένη, πρόσ[χωρος τοῦ Κιθα]ιρῶνος. Ita lacunas huius loci explendas existimo, usus Krameri invento, qui priora ita scribenda coniecit: *ἦν γὰρ ὁ[μώνυμος πόλις ἐν τῇ] Μεγαρικῇ.* Mihi scriptor hoc potius voluisse videtur: fuit enim in Boeotia urbs Nisa, colonia Megaricae. Cetera apud Kramerum ita scripta sunt: *ἐκεῖθεν ἀπῳκισμένη* . . . . *Κιθα]ιρῶνος.* At cum in adnotatione critica dicat inter *πρός* et *ιρῶνος* duodecim fere literas in codice deletas esse, operarum errore *πρός* in textu exci-

---

‚*τίνειν*' penultimam corripit'. At Babrius ionice scripsit, et Homerus *τίνειν* constanti usu corripit. ‚*Ἀράβιοι* pro *Ἄραβες* barbarum est'. At Cassio Dioni pluribusque aliis quod licuit, licuit etiam Babrio. ‚*ἀτέχνης* pro *ἄτεχνος* barbarum est'. At Homerus dixit *κλυτοτέχνης*. ‚Lachmannus reposuit *οὐκ ἐξαρῶ*, turpissime pro anapaesto spondeum inferens'. At *ἀρῶ* minimum quater apud tragicos poetas legi prima correpta non nescit nisi qui hospes sit in his poetis. ‚*βασιλέα* correpta ultima Graeculi dicebant'. At Philemo comicus, qui *κεστρέα* ita dixit, non est Graeculus. ‚*βασιλῆ* nemo unquam dixit'. At Homerus *Μηκιστῆ* dixit, Aristophanes *ξυγγραφῆ*, Antipater *Μεγιστῆ*, et alii alia his similia. ‚*ἡδίω* creticus est'. At iambographi in nonnullarum vocum usu ambiguam sequuntur mensuram, ut *ἥδιον* media longa non minus recte dictum sit, quam *ἴσος* prima correpta. Haec omnia et alia eiusdem generis complura certo non commemorasset Cobetus, nisi eum irae impotentia transversum egisset. Iam vide qualem isti Lachmanniorum errorum recensui epilogum addat. ‚Satius erat' inquit ‚ab graecis scriptoribus abstinere manum, quam tam proterve iis illudere!' Profuerit autem inspexisse commentarios Lucretianos, quos nisi a principe in his literis viro scribi non potuisse, fortasse ne Cobetus quidem diffitebitur.

derit necesse est. *Πρόσχωρος* recte cum genetivo coniungi aliunde constat; quamquam possis etiam ita locum supplere *πρὸς [ῥίζῃ τοῦ Κιθα]ιρῶνος*, ut plus semel Strabo locutus est.

IX 407 = 246, 11.

In tota hac disputatione de Hylico lacu, de Hyle et Hyde urbibus seu vicis complura glossemata acute detexit Kramerus. Praeterea p. 247, 6 scribendum *οὐδὲ Ὕδην*, 11 *γάρ* pro *γοῦν*. In sequentibus, ubi de ambigua mensura nominis *Ὕλη* agitur, fortasse praestat *τότε δὲ ποιητικῶς συστέλλων*. Non enim in productione, sed in correptione primae syllabae nominis *Ὕλη* poetica licentia cernitur; nisi scriptorem negligentius locutum esse dicas, ut haec eius fuerit sententia, Homerum poetica licentia idem nomen nunc produxisse nunc corripuisse. Ceterum ut dicam quod sentio, totum hunc locum inde a verbis *οὐδὲ Ὕδην* usque ad *σάκος μετεπέμπετο* (sive potius *μετεπέπεμπτο*) insititium et ex scholiis Homericis, plenioribus quidem quam quae hodie habemus, transscriptum arbitror, cuius iudicii caussae quaerentem non latebunt.

IX 408 = 248, 4.

Locum hunc multis lacunis miserrime laceratum doctissimi critici magnam partem feliciter restituerunt. Sunt tamen de quibus ambigi potest, velut in ipso initio forsan praestiterit scribere: *αὗται δ' αἱ λίμναι τὴν τάξιν τῶν ἐφεξῆς τόπω[ν ὑπογράφουσιν, ὥστε τῷ] λόγῳ*, et mox: *τῶν τε ἀξ[ιολόγων καὶ τῶν μή. καὶ] χαλεπὸν ἐν τοσούτοις*. Item paulo infra: *πειρώμ[εθα περιοδεύειν]. ἐνταῦθα δ' ἐάσαντες τοῦτο τῷ π[οιητῇ ἀκολουθοῦντες] διαριθμησόμεθα, προστιθέντες ὅ τι ἂν χρήσιμον ᾖ [πρὸς τὴν ὑπόθεσι]ν ἡμῖν, ὑπ' ἐκείνου δὲ παραλειφθέν.*

IX 408 = 249, 16.

De Asopo Boeotico et Sicyonio postquam dixit scriptor, ita pergit: *εἰσὶ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ὁμώνυμοι τῷ ποταμῷ τούτῳ.* Coagmentandae orationis caussa post *εἰσί* inseruerunt *δέ*. Delenda potius censuerim haec verba ut ab interpolatore profecta. Defectus particulae *δέ* etiam aliis in locis interpolatricem manum mihi prodere videtur, ut lib. 15 p. 715 = 226, 25, ubi verba *εἴρηται καὶ ἄλλοις ταῦτα* delenda suspicor. Cf. ad lib. 11 p. 499. Fluvios, quibus Asopi nomen fuit, pluribus locis Strabo recensuit. De Boeotico autem Asopo aliisque Boeotiae fluminibus nolo nesciant quibus talia curae sunt, quae ab aliis mirifice discrepans memoriae prodidit Nicephorus Gregoras Hist. Byz. 7, 7 *διαβάντες (οἱ Κατελανοὶ) τὰς Θερμοπύλας στρατοπεδεύουσι περί τε Λοκρίδα καὶ ποταμὸν τὸν Κηφισόν, ὃς μέγιστος ὢν ῥήγνυται μὲν ἐξ ὄρους τοῦ Παρνασσοῦ, κάτεισι δὲ πρὸς ἕω τὸ ῥεῦμα κινῶν, καὶ πρὸς μὲν ἄρκτους ποιούμενος τούς τε Ὀπουντίους καὶ Ἐπικνήμιδας* (sic) *Λοκρούς, πρὸς δὲ μεσημβρίαν καὶ νότον ἄνεμον τὴν μεσόγαιαν ἅπασαν τῆς τε Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας· μέγιστος μὲν καὶ ἀδιαίρετος ἄχρι τῶν περὶ Λεμβαδίαν τε καὶ Ἁλίαρτον πεδιάδων τηρούμενος, ἔπειτα πρὸς δύο σχιζόμενος ῥεύματα καὶ ἐς Ἀσωπόν τε καὶ Ἰσμηνὸν μεταθέμενος τὰ ὀνόματα· καὶ διὰ μὲν Ἀσωποῦ τέμνων τὴν Ἀττικὴν ἄχρι θαλάττης, διὰ δ' Ἰσμηνοῦ τῇ τῆς Εὐβοίας θαλάττῃ σπευδόμενος περὶ τὰ τῆς Αὐλίδος προαύλια.* In quibus quae de Cephisi in Parnaso fontibus narrantur si non vera, certe vero vicina sunt; at quae de eodem flumine in Asopum Ismenumque diviso, et de Ismeni apud Aulidem in Euboicum Euripum influxu dicuntur, tam singularia sunt ut, nisi forte miras Boeotiam in medio quod dicimus aevo mutationes subiisse statuas, scriptorem istum strenue nugatum esse crediderim.

IX 409 = 251, 2.

De Ascra Hesiodi patria: ἣν καὶ κεκωμῴδηκεν αὐτὸς ἐ..... τοῦ πατρός, ὅτι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος μ.....τερον, λέγων ‚νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀιζυρῇ ἐνὶ κώμῃ'. Inter ἐ et τοῦ πατρός undecim, et inter μ et τερον decem literas excidisse Kramerus indicat. Hic vix a vero aberraveris si ita suppleas: αὐτὸς ἐ[πιλαβόμενος] τοῦ πατρός, ὅτι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος μ[ετέστη, θρασύ]τερον λέγων.

IX 410 = 254, 6.

De monte Phoenicio: τῆς δὲ Θηβαίας καὶ τοῦτο λέγεται, ...ων δὲ τῆς Ἁλιαρτίας. Hanc etiam lacunam satis certo ita explendum conicias [ὑπ' ἐνί]ων δέ.

IX 411 = 257, 2.

Τὴν χώραν δ' (Ἁλιαρτίων) ἔχουσιν Ἀθηναῖοι δόντων Ῥωμαίων. De hac donatione lectu digna memoriae prodidit Polybius in Excerptis nuper editis apud Bekkerum vol. 2 p. 1064.

IX 412 = 257, 16.

Πλαταιαί, ὅθεν περ ἦν Μνασάλκης ὁ ποιητής ‚Μνασάλκεος τὸ μνᾶμα τῶ Πλαταιάδα'. Assentior Kramero in marginem reicienti hunc Theodoridae, Syracusani poetae, versum ex Anth. Pal. 13, 21 petitum. Ibi legitur Πλαταΐδα, quae scriptura alteri praestare videtur. Plataeae, ex quibus Mnasalca oriundus erat, fuit terrae Sicyoniae demus, cuius ἀρχηγέτην si Πλαταιόν dictum fuisse conicere licet, ab hoc ipso Πλαταΐδης rectius quam Πλαταιάδης formari apertum est *). In sequentibus verba

---

*) Α ante Δ saepe vel extritum vel temere additum. Εὐλαρίδης

γεώλοφα καλεῖται δρία Kramerus, quoniam vox δρία poetis tantum usurpata sit et ab usu dicendi abhorreat, ex margine illata esse putat. At si γεώλοφα δρία populare et usitatum apud Boeotos Hypati montis nomen fuisse sumas, nihil in re ipsa offensionis est; nihilominus verum puto Krameri iudicium, quoniam verba ista sic scripta constructione excidunt quam Strabonem ita potius extulisse crediderim: καλεῖται δὲ δρία γεώλοφα. Ceterum videndum ne loco illi potius τρία γεώλοφα nomen fuerit, sive ita ipsum Hypatum vocatum statuas, sive Hypatum cum Teumesso et Cadmea.

IX 412 = 259, 8.

In Pindari fragmento κινηθεὶς ἐπῄει γᾶν τε καὶ θάλασσαν etc. dubitare licet num recte scriptum sit κινηθείς, pro quo νηθείς in cod. A legitur, sed ut duae literae exciderint. Haud male scriberetur [δι]νηθείς vel [ὁρ]μηθείς, quamquam κινηθείς fortasse tuearis Homerico illo Il. ά, 47 αὐτοῦ κινηθέντος. Tum sequuntur verba καὶ σκοπιαῖσιν [μεγάλαι]ς ὀρέων ὕπερ ἔστα, quae fortasse recte redintegrata sunt, quamquam melius placeret σκοπιαῖσιν [ἄκραι]ς. Sed credo etiam alia hic minus integre scripta esse. Ante θάλασσαν fortasse πᾶσαν excidit, et ante ὀρέων vox bisyllaba mensurae spondiacae, e. c. Πτῴων. Neque enim dubium est quin Pindarus de templo loquatur in monte Ptoo condendo, quem etiam in sequenti fragmento commemorat: καί ποτε καὶ τρικάρανον Πτωίου κευθμῶνα κατέσχεθε. Sic enim pro Πτώου scribendum est. In postremo versu fortasse διζήσατο, i. e. perquisivit, scribendum pro δεινάσατο. Sic igitur Pindari versus scripserim:

Τιτυός dixerat Hesiodus in fragmento a Göttlingo neglecto apud Etymol. M. p. 60, 41, non Εἰλαριάδης.

[δι]νηθεὶς ἐπήει
γᾶν τε καὶ [πᾶσαν] θάλασσαν, καὶ σκοπιαῖσιν ἄκραις
[Πτῴων] ὀρέων ὕπερ ἔστα,
καὶ μυχοὺς διζήσατο βαλλόμενος κρηπῖδας ἀλσέων.

Pro δεινάσατο L. Dindorfium in Thesauro linguae graecae Parisino δίνασ' ἀπό coniecisse video; quod non intellego.

IX 415 = 263, 19.

Ὅταν εὐεργεσίαις φέρωσι καὶ διάγωσιν ἐφ' ἃ βούλονται. Scribendum καὶ ἄγωσιν. Supra quoque διά in compositis ex praegresso καί natum vidimus. Paulo infra p. 264, 2 legendum videtur στρατιὰν ἔχει πλείστην ὁ [πλείστην] τρέφειν δυνάμενος, ubi libri alterum πλείστην omittunt. Conferenda quae statim sequuntur, δύναται πλεῖστον ὁ πλεῖστα κεκτημένος, et supra p. 263, 3 ἔχων τις πολλὰ διδοίη ἂν πολλά, et μὴ λαμβάνων πολλὰ οὐκ ἂν ἔχοι πολλά. Ceterum prorsus assentior Kramero, totam hanc disputationem inde a p. 262, 26 usque ad p. 264, 3 a Strabone abiudicanti.

IX 415 = 264, 4.

Λέγουσι δὲ τὸ χωρίον ὅπερ ἡ λίμνη κατέχει νῦν ἡ Κωπαΐς, ἀνεψῦχθαι πρότερον καὶ γεωργεῖσθαι παντοδαπῶς ὑπὸ τοῖς Ὀρχομενίοις ὧν πλησίον οἰκοῦσι. Huius loci ratio quantopere criticos inde a Plethone Gemistio ad novissima usque tempora vexaverit, ex Krameri annotatione intellegi potest. Ego vero satis mirari non possum, doctissimos viros non vidisse pro ὧν scribendum esse ὄν, quo omnis loci difficultas tollitur.

IX 415 = 264, 9.

De Aspledonis nominibus: εἶτ' Εὐδείελος μετωνομά-

σθη καὶ αὐτὴ καὶ ἡ χώρα. Idem tradit schol. Homeri Iliad. 2, 511. At difficile ad credendum est *εὐδείελος* in nominis proprii vim et potestatem transiisse ita, ut urbs ista cum regione *Εὐδείελος* appellata sit. A poetis sic sane vocari potuit, non in vita communi. Quae his proxime subiciuntur de caussa mitioris apud Aspledonios aeris, inde a verbis *ψυχρότατα μέν* usque ad *εὐχειμερώτερον*, pariter atque ea quae modo attigi, perquam inepte disputata sunt, nec dubito quin eidem auctori tribuenda sint, cui absurdam de divitiis regiaque potentia disputationem vindicavit Kramerus.

IX 416 = 265, 16.

Ὥστ' οὐδ' ἐκεῖ καθήκειν — ἡ Φωκίς. Corrige *καθήκει.* Mox libri habent *Κίρρα καὶ Ἀντίκιρρα*, quod *Ἀντίκυρα* (debebant *Ἀντικύρα*) scripserunt et hic et p. 428, ubi item libri in *Ἀντίκιρρα* consentiunt. Aliis sane locis (p. 418 et 434) meliores libri habent *Ἀντίκυρα.* Non damnaverim tamen alteram huius nominis formam, quam metri lex postulat in fragmento Menandri apud Athen. 13 p. 587 d. *Χρυσίδα Κορώνην Ἀντίκιρραν Ἰσχάδα*, ubi libri vitiose habent *Ἀντικύραν*, ut aliis locis hanc meretriculam appellari constat. Ex his intellegitur promiscue Graecos utroque nomine usos esse.

IX 420 = 274, 12.

Νυνὶ γέ τοι πενέστατόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν, χρημάτων γε χάριν· τῶν δ' ἀναθημάτων τὰ μὲν ἦρται, τὰ δὲ πλείω μένει. Ita haec partim Corae praeeunte scribenda sunt: *χρημάτων γε χάριν* est quantum quidem ad pecuniam attinet, quae haud infrequens est apud serioris aetatis scriptores significatio vocis *χάριν.*

IX 419 = 272, 12.

Ἐκτετάσθαι δὲ τὴν πρώτην συλλαβὴν (nominis Πυθία), ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθανάτου καὶ ἀκαμάτου καὶ διακόνου. Postremnm exemplum, in quo non prima syllaba sed secunda producitur, a sciolo additum videtur. At scite composuit scriptor ἀθάνατος et ἀκάματος, quorum non prius tantum (v. Porson. ad Euripidis Med. 139), sed alterum quoque apud omnes omnium aetatum poetas primam producit.

IX 422 = 277, 2.

Iucunda lectu sunt, quae de nomo Pythio eiusque partibus disputat scriptor, ad quae conferendus omnino Pollux 4, 84. Insunt tamen nonnulla, quae scripturae vitio laborant, ex quo genere haec sunt: ὁ δ' ἴαμβος κακισμοῖς, ὡς καὶ τὸ ἰαμβίζειν· σύριγγας δὲ τὴν ἔκλειψιν τοῦ θηρίου μιμουμένων, ὡς ἂν καταστρέφοντος εἰς ἐσχάτους τινὰς συριγμούς. Verba ὡς καὶ τὸ ἰαμβίζειν glossemati sunt simillima. Postrema καταστρέφοντος εἰς συριγμούς sic video intellegi ab interpretibus, ut sit vitam finire cum sibilis, miro sane praepositionis usu nec ullo modo probando. Aliter, sed non minus falso interpres Germanicus: das Verscheiden des gleichsam zum letzten Zischen übergehenden Ungethüms. Atqui apertum est εἰς delendum esse, ut accusativi pendeant a μιμουμένων, quod iam rectissime habere nec ullo modo attrectandum esse intellegitur; ac ne quis accusativum requirat, legas quaeso quae supra ad 3 p. 147 allata sunt. Hoc igitur dicit Strabo, tibias exspirantis serpentis extremos sibilos imitatas esse. Hanc Pythici nomi partem respicit Xenophon Symp. 6, 5.

IX 423 = 279, 6.

Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ μετὰ τὴν Ἀντικύραν

πολίχνιόν ἐστιν ὄπισθεν ὁ Μάραθος. In his Coraes, cum *ἐξ ἀρχῆς* nusquam Strabo dixerit pro *εὐθύς* vel *ἑξῆς*, hoc ipsum reponendum esse intellexit. Tum iure haeserunt viri docti in illo *ὄπισθεν*, quod nihil est; nec ita cod. A, in quo *ὄπισθ' ὁ Μάραθος* scriptum est. Quid igitur impedit quo minus oppido isti *Ὀπισθομάραθος* nomen fuisse statuamus? At nusquam memoratur Opisthomarathus. An vero Marathus ab aliis memoratur? Urbium hominumque saepe mira sunt nomina. Et habeo quod comparem *Ὀπισθολεπρία*, quo nomine constat e Strabonis lib. 14 p. 633 partem Ephesi urbis appellatam fuisse eam, quae *ὄπισθε τῆς Λέπρας ἀκτῆς* vel *ἄκρας* sita erat. Similiter vicus vel oppidulum *Ὀπισθομάραθος* dictum esse potuit, quod pone agrum foenicularium situm erat. Sequitur statim *εἶθ' ὁ λιμὴν ὕστατος ὁ προσαγορευθεὶς Μυχὸς ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ὑπὸ τῷ Ἑλικῶνι καὶ τῇ Ἄσκρῃ κείμενος.* Pro *ὕστατος* deteriores libri vel *ἵσταται* vel *ἐστίν* vel *ὕστερος* habent; ac vitium arguit oratio soloeca. Hinc delendum putarem *ὕστατος*, nisi commodius ante *ὑπό* transponeretur.

IX 423 = 280, 3.

Καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι. Θουκυδίδης δ' ἐν Μεγάροις φησί. Haec postrema, quae falsissima sunt, non coniecturis sananda sunt omnem fidem excedentibus, sed litura: nec quicquam refert, quod ista in suo exemplari habuit etiam Eustathius. Quod sequitur, *δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση*, rectius *δαύλους* scripseris. Ibidem *καὶ τὸ οἱ Κυπάρισσον ἔχον' δέχονται διττῶς, οἱ μὲν ὁμωνύμως τῷ φυτῷ, οἱ δὲ παρωνύμως κώμην ὑπὸ τῇ Λυκωρείᾳ.* In his cod. A inter *ὁμωνύμως* et *τῷ οἱ δέ* decem fere literarum lacunam habet, cui supplendae non sufficit quod nunc editur. Fortasse fuit

ὁμωνύμως [τῷ ἐκεῖ φυ]τῷ. Post παρωνύμως fortasse ἀπὸ τοῦ Κυπαρίσσου τὴν Ἀπολλωνιάδα excidit. Utrumque firmare videtur schol. Ven. A ad Il. β′ 519 ὠνομάσθη Κυπάρισσος ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Ὀρχομενοῦ ἀδελφοῦ, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων κυπαρίσσων· ὁμωνύμως δὲ τῷ δένδρῳ ἀνεγνώσθη, et Ven. B ibidem: Κυπάρισσος ἡ νῦν Ἀπολλωνιὰς ἀπὸ Κυπαρίσσου.

IX 423 = 281, 2.

Καταιγίζει γὰρ εἰς αὐτὴν (Anemoriam) *ὁ καλούμενος Κατοπτήριος χῶρος.* Hunc locum *Κατοπτευτήριον* appellat Schol. B ad Hom. Il. β′ 521 *δυσχείμερον παρὰ τὸ καταιγίζεσθαι ἀπὸ τοῦ Κατοπτευτηρίου.*

IX 424 = 282, 11.

Τὸ δὲ Ἀδύλιον (ὄρος) παρατείνειν ἐφ᾽ ἑξήκοντα σταδίους μέχρι τοῦ Ὑφαντείου, ἐφ᾽ ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχομενός. Cum supra Strabo dixerit in Acontio monte Orchomenum sitam esse, Palmerius idem nomen etiam hoc loco restituendum esse coniecit, in quo eum secutus est Kramerus. Mutatio haud lenissima, ac crediderim potius alterum montem alterius partem fuisse: at nominis formam mihi suspectam esse non diffiteor. Nullos enim novi neque *Ὕφαντας* neque heroem *Ὕφαντα.* Itaque vide ne fuerit *Ὑσαντείου.* Hyantes, vetustus Boeotiae populus, haec ipsa loca tenebant, ac postea etiam cum pristinis sedibus eiecti in Phocidem concessissent, vicinas Orchomeni regiones incolebant ibique Hyampolin condebant. Cf. Strabo lib. 9 p. 416 *ὑπέρκειται δὲ τῆς Ὀρχομενίας ὁ Πανοπεὺς καὶ Ὑάμπολις.* Iam Hyantes etiam Hysantes et Hysampolin ab indigenis dictam esse praeter Eustathium ad Hom., p. 275, 4 docet Schol. Ven. Iliad. β′ 521 *ἱστοροῦσι δὲ τοὺς ἐγχωρίους καὶ σὺν τῷ σ λέγειν Ὑσάμπολιν.*

Quid igitur mirum est montem illum ab incolentibus dictum esse *ὄρος Ὑάντειον*, et haesisse monti nominis formam antiquam et ab indigenis usurpatam?

IX 424 = 282, 14.

Hesiodi locus hic affertur de cursu Cephisi, *ὡς δι' ὅλης ῥέοι τῆς Φωκίδος σκολιῶς καὶ δρακοντοειδῶς*

παρὲκ Πανόπηην Γλήχωνά τ' ἐρυμνήν,

καί τε δι' Ὀρχομενοῦ εἰλιγμένος εἶσι δράκων ὥς.

Horum versuum primo pro *Πανόπηην*, quae Krameri est coniectura, libri habent *πανοπη διὰ* vel *πανοπίδα* vel *πανοπιδιά*. Corrigendum igitur *παρὲκ Πανοπῆα διὰ Γλήχωνά τ' ἐρυμνήν*. Nec offensionem habere debet duplex constructio praepositionis *διά*. Cf. Antiphanes apud Athen. 10 p. 450 f. *καὶ διὰ πόντιον οἶδμα καὶ ἠπείρου διὰ πάσης*, ubi nil mutandum videtur. Eiusdem poetae de eodem fluvio hic versus affertur a Schol. Ven. Il. *β'*, 522 *ὅστε Λιλαίηθι προΐει καλλίρροον ὕδωρ*, qui cum reliquis fortasse sic coniungendus est, ut versibus a Strabone allatis praeponatur, suppleta ante *παρέκ* particula *ἠδέ*.

IX 424 = 283, 6.

De fluminibus quibus Cephisi nomen fuit agens: *ἕκτος δὲ ὁ ἐν Ἄργει τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ Λυρκείου*. Haec mihi suspecta sunt, nec ob eam tantum caussam, quod de Argolico Cephiso apud ceteros scriptores, atque etiam apud Strabonem, ubi de Argolicis fluviis agit, altum est silentium, sed eam quoque ob caussam, quod in recensu horum amnium quartum et quintum his verbis comprehendit: *τέταρτος δὲ καὶ πέμπτος ὁ ἐν Σικυῶνι καὶ ὁ ἐν Σκύρῳ*. Ita autem loqui solemus, quando dictis nihil praeterea addendum habemus. Additamenti auctor Cephisum confu-

dit cum Inacho, de quo Strabo lib. 8 p. 370 haec habet: *ὁ Ἴναχος τὰς πηγὰς ἔχων ἐκ Λυρκείου.*

IX 425 = 284, 16.

De Opunte, Opuntiorum Locrorum metropoli, agens geographus epigramma affert nobilissimum *ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας ἐπιγεγραμμένον ἐν τῷ πολυανδρίῳ*

τούσδε ποτὲ φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
μητρόπολις Λοκρῶν εὐθυνόμων Ὀπόεις.

Ita haec ad fidem codicis A edenda erant, spretis ceterorum librorum sordibus, quae quin interpolatoribus debeantur non dubitandum videtur. Miror Schneidewinum nostrum ad Simonidis fragm. p. 151, qui ad Heringae mentem scripserit *κεύθει ὅλων Ὀπόεις*, quo nihil excogitari potest invenustius vel a sententia poetae magis alienum. Quo pacto enim qui apud Thermopylas sepulti erant, eos Opuntiorum civitas *κεύθειν* dici potest? *εὐθυνόμοι* sunt *ὀρθονόμοι*, rectis et bonis legibus utentes, ut *εὐθύδικος* apud Aeschylum Agam. 736 idem est quod *ὀρθόδικος*. Recte igitur *εὐθυνόμοι* aptissime dictum esse monuerat Boeckhius C. I. vol. 1 p. 855. In errorem duxit et Heringam et ceteros omnes, qui epigramma illud tractarunt, in his etiam Alph. Heckerum Comment. crit. de Anth. p. 398, quod verbum desideratur a quo accusativi pendeant. At vitii sedes non in secundo, sed in primo versu quaerenda erat, quem plus quam veri simile esse dixerim ita a poeta scriptum fuisse:

τούσδε ποθεῖ φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
μητρόπολις Λοκρῶν εὐθυνόμων Ὀπόεις.

Qui enim Strabonem partem tantum carminis apposuisse et verbum finitum in omissis positum fuisse credunt, longissime a recta via aberrant. Commendatur autem ista

emendatio etiam eo, quod *ποτέ* minus apte dictum videri debet in monumento, quod non dubium esse potest quin brevissimo tempore post fortissimorum hominum gloriosum obitum positum sit.

IX 426 = 286, 12.

Μετὰ δὲ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κνημίδων λιμήν. Non credo in his incorruptum esse *μετά*, quod si cum *σταδίους* coniungas, prorsus insolenter dictum esse fatendum est; sin adverbialiter sumas, ut saepissime apud Hecataeum dicitur in locorum sese excipientium recensu, ne id quidem in Strabone ferri potest. Malim igitur *μεταξύ*, sc. inter Lichades aliasque, quas circa oram Locricam sitas esse dicit, insulas.

IX 426 = 286, 22.

Καλλίαρος μὲν οὐκέτι οἰκεῖται, [εὐήροτον δὲ νῦν ἐσ]τὶ πεδίον. Ita haec potius supplenda, quam factum est a Du Theilio. Statim scribendum *καλοῦσι δ' οὕτως*, et *Σκαρφεῖς* aut *Σκαρφειεῖς* pro *Σκαρφιεῖς*. V. Stephanum Byz. in *Σκάρφεια* p. 574.

IX 426 = 287, 6.

Καὶ Νάπη ἐν τῷ Μηθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει. Inter *ἀγνοῶν* et *Λάπην* cum cod. A quinque literarum lacunam habeat, inserendum videtur *οὐκ εὖ*.

IX 428 = 291, 16.

Ἦσαν ἀγῶνες πρωτείων. Ferrem hoc dicendi genus in poeta, nunc nescio an ante *πρωτείων* exciderit *περί*.

IX 429 = 292, 1.

Ὕστερον δὲ πάντων ὑπὸ μίαν ἐξουσίαν ὑπηγμένων

ἅπαντα τελευτᾷ πᾶσι καὶ ἀνέῳγε. Nec Krameri coniectura ἅπαντα ταῦτα πᾶσιν ἀνέῳγε probari potest, nec quod Coraes voluit ἅπαντα ἐλεύθερα πᾶσι καὶ ἀνέῳγε. Strabo, opinor, scripserat ἅπαντ' ἀτελῆ τε πᾶσι, nam ἀτελὴς οὐ μόνον ἄνθρωπος ἀλλὰ καὶ λιμὴν ὅπου μηδὲν εἰσπράττεται Pollux Onom. 9, 32, atque ipse Strabo 10 p. 486 dixit ἀτέλεια τοῦ ἱεροῦ, et Phylarchus apud Athen. 3 p. 73 d. ἀφέντος ἀτελῆ τὸν τόπον. At fortasse etiam leniore correctione sua loco sanitas reddi potest in hunc modum: ἅπαντ' ἀτελεύεται πᾶσι. Verbum ἀτελεύομαι rectissime formatum esse docent quae ad adiectiva in ης desinentia revocanda sunt verborum exempla haud pauca, v. c. ἀναιδεύομαι, πολυτελεύομαι alia, de quibus dixit Lobeckius ad Phrynichum p. 67. Ceterum ista emendatione simul hoc consequimur, ut Thermopylarum ceterarumque angustiarum accolas ante Romanorum imperium a negotiatoribus vectigalia διαγώγια exegisse intellegatur.

IX 431 = 296, 6.

Εἴρηται τό τε ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ [καὶ τῷ Φοί]νικι· αὐτὰ δὲ λεχθέντα περὶ τῶν ὑπ' [Ἀχιλλεῖ] ἐν ἀντιλογίᾳ ἐστί. Inter Ἀχιλλεῖ et νικι in A septem literae exciderunt, quas probabiliter restituit Kramerus, nisi quod τῷ propter lacunae spatium omittendum puto. Recte etiam alterum Ἀχιλλεῖ a Groskurdo suppletum est; tenendum tamen inter ὑπ et γίᾳ in cod. tredecim literarum lacunam esse; ἐν ἀντι a s. m. additum. Porro priora αὐτὰ δὲ λεχθέντα quomodo vel interpretanda vel corrigenda sint nondum inventus est qui doceret; nec sufficit scribere τὰ pro αὐτά. Mihi locus ita scribendus videbatur: εἴρηται τά τε ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ [καὶ Φοί]νικι ταχθέντα. περὶ [δὲ] τῶν ὑπ' [Ἀχιλλεῖ ἀντιλο]γία ἐστί. His iam inferuntur sequentia: τό τε [γὰρ] Ἄργος τὸ Πελασγικὸν καὶ πόλιν

δέχονται. Ita enim haec scribenda videntur, suppleta, qua vix carere licet, particula *γάρ*. Inchoatam ab *τό τε* orationem continuant ea, quae infra leguntur *Φθίαν τε οἱ μέν* etc. quibus a verbis parum apte nova paragraphus orditur.

IX 431 = 297, 5.

Καὶ [φεῦγον] ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο'. Ita edidit Kramerus; at cum A aliique libri habeant *καὶ ὅταν οὕτως φῇ ἀπάνευθεν*, apparet haec ita potius concipienda esse: *καὶ ὅταν οὕτως φεῦ[γον] ἔπειτ' ἀπάνευθε'.*

IX 435 = 306, 7.

Τὴν γὰρ Λοκρικὴν καὶ ....ν εἰρήκαμεν. Cod. A decem literarum lacunam indicat; supplendum arbitror *καὶ [τὴν Οἰταία]ν*, non quod alii voluerunt *καὶ [τὴν μεσόγαια]ν*. Cf. p. 430 *πρώτους δὴ καταλέγει* (*Ὅμηρος*) *τοὺς ὑπ' Ἀχιλλεῖ τοὺς — παρακειμένους τῇ τε Οἴτῃ καὶ τοῖς Ἐπικνημιδίοις Λοκροῖς.*

IX 435 = 308, 11.

Ὁ Φύλλος, ὅπου Ἀπόλλωνος τοῦ Φυλλαίου ἱερόν. Cod. A *φυλαίου*. Scribendum igitur *Φυλλίου*. V. ad Stephanum Byz. p. 674.

IX 435 = 308, 13.

Καὶ Κίερος δ' εἰς αὐτὴν συντελεῖ. De Ciero, Thessaliae urbe, vide quae ad Stephanum Byz. p. 123, 22 disputata sunt. Illud vero non inutile fuerit monere, eiusdem urbis nomen corruptum latere apud Catullum Carm. 64, 35 d e s e r i t u r S c y r o s, l i n q u u n t P h t h i o-

tica, Tempe, Cranonisque *) domos et moenia Larisaea. Quo loco ineptissime inter Thessaliae urbes commemoratur Scyros insula, satis magno a Thessalis disiuncta intervallo nec quidquam ad Peleum et Thetidem pertinens. Scribendum igitur Cieros, cui emendationi et ceterorum locorum situs favet et vero cod. D scriptura Syros. Praeterea, ut hoc addam, nec Tempe hic recte memorantur; scribendum potius Phthiotica tempe, ut Phthioticas valles relinquere dicantur qui nuptias Pelei celebraturi adventant. Cf. Ovidius Fast. 4, 477 Heloria tempe. Idem Amor. 1, 1, 15 Heliconia tempe. Dionysius Per. 1017 *Μηδικὰ τέμπεα.*

IX 436 = 309, 18.

Τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάττης Ἰωλκός. Ut genetivus *τῆς Δημητριάδος* haberet a quo suspensus esset, Müllerus Orchom. p. 248 *πλησίον* excidisse suspicabatur, parum recte septem illa stadia ad Iolci a maris litore distantiam referens, quod ipse refutat Strabo p. 439 *ὁ δὲ τῆς Ἰωλκοῦ τόπος ἐν ὁδῷ* (i. e. in itinere ab Ormenio ad Demetriadem) *τῆς μὲν Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους διέστηκε.* Atque aliunde etiam Iolcum in ipsa maris ora situm fuisse demonstrari potest. Quocirca *διεστῶσα* vel *διέχουσα* vel simile quid post *Δημητριάδος* excidisse conicio. In sequentibus inter oppida, ex quibus Demetrius Demetriadem urbem composuit, memoratur *Νηλία*, quod nomen cum ad *Νηλεύς* revocandum sit, *Νήλεια* scribendum est.

IX 436 = 310, 17.

Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν συνετέλουν.

---

*) Rectius Crannonisque, quo ducit librorum scriptura Gravinonisque.

De Iolco loquitur. In codice non *Πυλαϊκήν* legitur, sed *ήν*. Reliquas literas m. s. supplevit infeliciter vero, ut recte viderunt viri docti, quorum Du Theil *Πελιακήν* coniecit, quod vel propter imperfectum *συνετέλουν* probari non potest. Peliae enim ludi funebres *) in Acasti patris honorem semel acti sunt, non annis redeuntibus; nec *πανήγυρις* legitimum de talibus ludis vocabulum est. Strabo fortasse *Δημητριακήν* scripserat, sive id de Cerealium sacrorum festivitate intellegas — totus enim ille tractus soli ubertate excellebat, ut vel Pyrasi et Iolci nomina docent; ac *Δημήτριον τέμενος* iisdem in locis Homerus Strabo aliique celebrant **) — sive ad Demetrium regem hoc nomen referendum putes. Demetrium Poliorcetam enim, urbis Demetriadis conditorem, Thessalos in eximio honore habuisse eique annuam festivitatem instituisse nequaquam incredibile videbitur reputantibus, etiam Sicyonios, quorum urbem ab eodem Demetrio Demetriadem appellatam fuisse constat, conditori suo Demetriacam *πανήγυριν* celebravisse. Cf. Diodorus Sic. 20, 102 *Δημητριάδα μὲν τὴν πόλιν ὠνόμασαν, θυσίας δὲ καὶ πανηγύρεις, ἔτι δ' ἀγῶνας ἐψηφίσαντο συν-*

---

*) De his ludis praeter ea quae Groskurdus attulit v. Athen. 11 p. 468 d. Mira sunt quae leguntur apud Helladium in Photii Bibl. p. 533, 30 *πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνέστη, εἶτα τὰ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πελίᾳ τεθνηκότι προὔθηκαν ἆθλα Θετταλοί.* Quae certissime corrupta sunt et ita forsan sananda: *εἶτα τὰ Ἐλευσίνια. [εἶτα] ἐπὶ Πελίᾳ* —

**) Ad hanc Thessaliae fertilitatem revocanda videntur cum Pandorae tum Pyrrhae sive Pyrrhaeae nomina, quibus eandem illam Thessaliae partem insignitam fuisse praeter alios Strabo tradidit 9 p. 339. nam *πυρρός* Thessalis dicebatur qui reliquis Graecis *πυρός*, ut *Περραιβός* qui proprie *ΠεQαιβός*. V. Stephanum Byz. p. 210, 15. Nec alio spectant nomina *Γουνεύς, Γόννοι, Γοννοῦσα, Λάρισα*, fortasse etiam *Δευκαλίων*.

τελεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τὰς ἄλλας ἀπονέμειν τιμὰς ὡς κτίστῃ.

IX 436 = 311, 4.

Ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρᾳκίας Μεθώνης. Scribendum *Μηθώνη*. Sic enim Homerus vocat, a quo hic quidem scriptor recedere non potuit, nec recessisse docent quae statim subicit. Quod si utriusque nominis eandem formam posuisset, dicere debebat *Μεθώνη ὁμώνυμος τῆς Θρᾳκίας*. In sequentibus verbis, *ἐμνήσθημεν δὲ καὶ πρότερον τῆς τῶν ὀνομάτων τούτων καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ .... τροπῆς*, vereor ut recte *πολισμάτων* pro *ὀνομάτων* scribendum coniecerit Kramerus, quandoquidem nomina sane *τροπὴν* experiri recte dicuntur, non item urbes. Si ante *τροπῆς*, ubi quatuor literarum lacunam A indicat, *τόπων* addideris, nihil ultra requirendum videtur.

IX 437 = 312, 9.

Τὰ μέταλλα τῆς ποικίλης λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυστίας καὶ τῆς Δευκαλλίας καὶ τῆς Συνναδικῆς Ἱεραπολιτικῆς. Non obloquar Kramero postremam vocem ex margine irrepsisse statuenti, quamquam *καὶ τῆς* post *Συνναδικῆς* facili lapsu praetervideri potuit. Sed quod marmor Hierapoliticum nusquam commemorari dicit, secus est. Paulus Silent. Amb. 103

ἄγχι δὲ πετραίης Ἱερὴ πόλις ἐστὶν ἐρίπνης,
ἥ τις ἑὸν περίπυστον ἐφήρμοσεν οὔνομα πέτρῳ.

et rursus vs. 168

καὶ τόδε τοῖς Ἱερῆς πόλιος θρίγκωσε μετάλλοις
λαοτόρος.

Videtur tamen hoc marmoris genus seriori demum tempore Graecis innotuisse, ut nullum a Paulo periculum

Krameri suspicioni imminere videatur. Pro *Δευκαλλίας* revocandum e cod. A *Δευκαλλίου*, dum certior corrupti nominis emendandi ratio reperta fuerit. In iis quae proxime sequuntur: *ὁρᾶν ἔστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς ποικίλης λιθίας, ὑφ' ἧς ἡ πόλις κοσμεῖται*, pro *ὑφ'* scribendum *ἀφ'*, et *λιθείας* pro *λιθίας*, quam formam ut analogiae lex aspernatur, ita alteram ubique etiam invitis codicibus Straboni reddendam arbitror.

IX 437 = 313, 12.

Ἡ μὲν Τρίκκη, ὅπου τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ. De Aesculapio Triccaeo quamquam plura neque omnibus nota dici possent, in praesenti id unum afferre sufficiat, non recte legi in Hymno apud Pseudo-Origenem sive Hippolytum Haer. Refut. 4, 32

εἴτ' ἐφέπεις Θρήκης ἱερῆς ἕδος, εἴτ' ἐρατεινὴν
Πέργαμον, εἴτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἰαονίαν Ἐπίδαυρον.

Aesculapium in Thracia cultum esse constat aliunde; sed hoc loco graecae urbis nomen requiro ac scribendum puto *Τρίκκης* vel *Τρίκης*, quod nomen etiam apud Procopium miram metamorphosin subiit in libro de Aedific. 4, 3 p. 274 *καὶ Μητρόπολις καὶ Γόμφοι καὶ Τρικάττους, περιβόλους ἀνανεωσάμενος.* Scribendum *καὶ Τρίκα, τοὺς περιβόλους.*

IX 438 = 314, 10.

Ταύτῃ δὲ (Μητροπόλει) μίαν τῶν συνοικισθεισῶν εἰς αὐτὴν πόλεων παραδοῦναι τὸ ἔθος ὀνούριον. Agitur de more Veneri porco litandi, quem morem Metropolitanis ab una earum Thessaliae civitatum, quae in Metropolin traductae erant, traditum dicit. Huius urbis nomen latere necesse est in *ὀνούριον*, quod adhuc frustra tentatum est. Scribendum vero *Ὀνθύριον*, cuius emen-

dationis fidem adstruit Stephanus Byz. p. 493, 15 *Ὀνθύριον, πόλις Θεσσαλικὴ περὶ τὴν Ἄρνην. τὸ ἐθνικὸν Ὀνθυριεύς. Ῥιανὸς ὀγδόῳ.*

IX 438 = 316, 10.

De Ormenio Thessaliae oppido: *ἐκτίσθαι ὑπὸ Ὀρμένου τὸ χωρίον τοῦτο τοῦ Κερκάφου τοῦ Αἰόλου.* Si *Κερκάφου* nomen incorruptum est, pro *Αἰόλου* legerim *Ἡλίου*, cuius filius Cercaphus perhibetur a pluribus. Neque offensioni esse potest, quod Cercaphi res maxime ad Rhodum insulam spectant; cum multiplex antiquitus Rhodi cum Thessalia fuerit coniunctio. Sed dubitandum videtur de sinceritate editae lectionis, si quidem in cod. A primitus *Κερφίου* scriptum fuisse ostendit Krameri annotatio. Mox *ἅτε ἂν ἀπελθόντος τοῦ Φοίνικος* ex nostri certe scriptoris usu non dictum est, qui aut *ἅτε ἀπελθόντος* aut *ὡς ἂν ἀπελθόντος* scripsit, quod a sec. m. supra *ἅτε ἂν* scriptum est in cod. A.

IX 439 = 317, 2.

Κράτης δὲ Φωκέα ποιεῖ τὸν Φοίνικα. Ad hanc de Phoenicis patria quaestionem pertinent quae leguntur apud Schol. Vict. ad Iliad. *κ*, 266 *προειπὼν ἐν θαλασσηω κατοικεῖν τὸν Ἀμύντορα — ἐνθάδε πῶς ἐν Ἐλεῶνι τῆς Βοιωτίας αὐτὸν φησὶν οἰκεῖν — Φερεκύδης δὲ Βοιωτὸν τὸν Ἀμύντορα φησί. καὶ γὰρ ὁ ποιητὴς οὐκ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φησὶ φεύγειν τὸν Φοίνικα.* Quo loco pro *θαλασσηω* fortasse corrigendum *Θεσσαλίᾳ*.

IX 439 = 318, 9.

De Perrhaeborum sedibus agens: *τὸ πρὸς θαλάττῃ μέρος νεμόμενοι καὶ τῷ Πηνειῷ μέχρι τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ καὶ Γυρτῶνος.* Fateor me haec non intellegere, ac

vereor ne Strabo aut pro *μέχρι* scripserit *μεταξύ*, aut *ἀπὸ Γυρτῶνος* pro *καὶ Γυρτῶνος*.

IX 439 = 318, 11.

Εἶτα ταπεινώσαντες ἐκείνους [εἰς τὴν ἐν τῇ μεσογαίᾳ ποταμίαν] Λαπίθαι κατέσχον αὐτὰ τὰ χωρία. Quae uncis inclusi adeo sequentibus repugnant, ut incogitanter a sciolo intrusa credam, qui male intellexisset quae infra scripsit Strabo 319, 4 *τὴν δ' ἀνὰ μέσον ποταμίαν εἶχον Περραιβοί*, quae de agro inter Arguram et Atraga ad Peneum sito dicta sunt. Quo accedit orationis vitiositas, quam frustra Coraes tollere conatus est coniectura parum plausibili. Pro *αὐτὰ* fortasse *αὐτοὶ* scribendum.

IX 440 = 319, 1.

Ἔστι δ' ὅπου καὶ ὅλοι ἀναμὶξ τοῖς Λαπίθαις ᾤκουν. De Perrhaebis haec dicuntur, in quibus quid *ὅλοι* significet mihi incompertum est. Videant alii. Sequuntur haec: *ἡ μὲν οὖν Ἄργισσα ἡ νῦν Ἄργουρα.* Ita correctum pro *Ἄργουσα*, quae vitiosa est nominis forma, corrigenda illa etiam apud Grammat. Bekk. An. Gr. p. 443, 18. Hinc corrige quae dixi ad Stephanum Byz. p. 114, 1. Pro *Ἄργισσα* cod. A *ἄργεισα* et B *Ἄργισὰ*, quae fortasse vera nominis forma est, comparanda illa cum *Λάρισα* et similibus.

IX 440 = 320, 5.

Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ δ' ἐστὶ Λάρισα. Non sine caussa mirantur viri docti mediam inter Larisas Asianas commemorari Atticam. Accedit quod de Attica Larisa altissimum est apud alios silentium; nam Stephanus sua haud dubie ex Strabone hausit. Nec vero correctione succurrendum, sed litura. Si tamen fuit etiam Attica Larisa,

verba ista ante *καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ* transposuerim. Sed videntur in hoc Larisarum recensu etiam alia cum interpolata tum loco suo mota esse. Ephesia enim quam dicit Larisa haud diversa est ab ea quam triginta stadiis a Trallibus distare dicit: vide ipsum Strabonem lib. 14 p. 620. Itaque vide an verba *καὶ ἡ Ἐφεσία Λάρισα ἐστι* ante *τῶν Τράλλεων* transponenda, sequentia autem *καὶ ἐν Συρίᾳ* ab interpolatrice manu addita sint. Neque enim necessario omnes omnino Larisae memorandae erant.

IX 441 = 321, 5.

Ἄμφω δ' ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ κεῖνται οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ Εὐρώπου ποταμοῦ. Ita verissime Kramerus correxit librorum *Εὐρώτου.* Europum, Thessaliae amnem, praeter ipsum Strabonem lib. 7 p. 329 commemorant Sibyllina Carm. 143:

ὅθεν ῥέεν ὑγρὰ κέλευθα
Εὐρώπου ποταμοῖο, καὶ εἰς ἅλα μύρατο ὕδωρ
ἄμμιγα Πηνειῷ καί μιν Στύγιον καλέουσι.

Ubi recte libri *Εὐρώπου,* quod Parisiensis editor scripsit *Εὐρώτου.* Fuit etiam alius Thessaliae fluvius Europus. Sed de his dicetur ad Stephani Ethnica.

IX 441 = 321, 13.

Postquam Cyphum et Dodonam et Titaresium cum adiacentibus agris ex Homero commemoravit, ita pergit: *λέγει μὲν οὖν τούτους τοὺς τόπους τῶν Περραιβῶν, ἀπὸ μέρους τῆς Ἑστιαιώτιδος ἐπειληφότας.* Sensit vitium loci Groskurdus, qui probante Kramero *ἐπειληφότων* scripsit pro *ἐπειληφότας.* Sed ne hac quidem mutatione facta sententia emergit ea quam sic germanice extulit: diese Orte also spricht er den Perrhaibern zu, welche sie als einen Theil von Pelasgiotis (*Πε-*

emendatio etiam eo, quod *ποτέ* minus apte dictum videri debet in monumento, quod non dubium esse potest quin brevissimo tempore post fortissimorum hominum gloriosum obitum positum sit.

IX 426 = 286, 12.

Μετὰ δὲ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κνημίδων λιμήν. Non credo in his incorruptum esse *μετά*, quod si cum *σταδίους* coniungas, prorsus insolenter dictum esse fatendum est; sin adverbialiter sumas, ut saepissime apud Hecataeum dicitur in locorum sese excipientium recensu, ne id quidem in Strabone ferri potest. Malim igitur *μεταξύ*, sc. inter Lichades aliasque, quas circa oram Locricam sitas esse dicit, insulas.

IX 426 = 286, 22.

Καλλίαρος μὲν οὐκέτι οἰκεῖται, [εὐήροτον δὲ νῦν ἐσ]τὶ πεδίον. Ita haec potius supplenda, quam factum est a Du Theilio. Statim scribendum *καλοῦσι δ' οὕτως*, et *Σκαρφεῖς* aut *Σκαρφειεῖς* pro *Σκαρφιεῖς*. V. Stephanum Byz. in *Σκάρφεια* p. 574.

IX 426 = 287, 6.

Καὶ Νάπη ἐν τῷ Μηθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει. Inter *ἀγνοῶν* et *Λάπην* cum cod. A quinque literarum lacunam habeat, inserendum videtur *οὐκ εὖ.*

IX 428 = 291, 16.

Ἦσαν ἀγῶνες πρωτείων. Ferrem hoc dicendi genus in poeta, nunc nescio an ante *πρωτείων* exciderit *περί.*

IX 429 = 292, 1.

Ὕστερον δὲ πάντων ὑπὸ μίαν ἐξουσίαν ὑπηγμένων

ἅπαντ α τελευτᾷ πᾶσι καὶ ἀνέῳγε. Nec Krameri coniectura *ἅπαντα ταῦτα πᾶσιν ἀνέῳγε* probari potest, nec quod Coraes voluit *ἅπαντα ἐλεύθερα πᾶσι καὶ ἀνέῳγε.* Strabo, opinor, scripserat *ἅπαντ' ἀτελῆ τε πᾶσι*, nam *ἀτελὴς οὐ μόνον ἄνθρωπος ἀλλὰ καὶ λιμὴν ὅπου μηδὲν εἰσπράττεται* Pollux Onom. 9, 32, atque ipse Strabo 10 p. 486 dixit *ἀτέλεια τοῦ ἱεροῦ*, et Phylarchus apud Athen. 3 p. 73 d. *ἀφέντος ἀτελῆ τὸν τόπον.* At fortasse etiam leniore correctione sua loco sanitas reddi potest in hunc modum: *ἅπαντ' ἀτελεύεται πᾶσι.* Verbum *ἀτελεύομαι* rectissime formatum esse docent quae ad adiectiva in *ης* desinentia revocanda sunt verborum exempla haud pauca, v. c. *ἀναιδεύομαι, πολυτελεύομαι* alia, de quibus dixit Lobeckius ad Phrynichum p. 67. Ceterum ista emendatione simul hoc consequimur, ut Thermopylarum ceterarumque angustiarum accolas ante Romanorum imperium a negotiatoribus vectigalia *διαγώγια* exegisse intellegatur.

IX 431 = 296, 6.

Εἴρηται τό τε ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ [καὶ τῷ Φοί]νικι· αὐτὰ δὲ λεχθέντα περὶ τῶν ὑπ' [Ἀχιλλεῖ] ἐν ἀντιλογίᾳ ἐστί. Inter *Ἀχιλλεῖ* et *νικι* in A septem literae exciderunt, quas probabiliter restituit Kramerus, nisi quod *τῷ* propter lacunae spatium omittendum puto. Recte etiam alterum *Ἀχιλλεῖ* a Groskurdo suppletum est; tenendum tamen inter *ὑπ* et *γίᾳ* in cod. tredecim literarum lacunam esse; *ἐν ἀντι* a s. m. additum. Porro priora *αὐτὰ δὲ λεχθέντα* quomodo vel interpretanda vel corrigenda sint nondum inventus est qui doceret; nec sufficit scribere *τὰ* pro *αὐτά.* Mihi locus ita scribendus videbatur: *εἴρηται τά τε ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ [καὶ Φοί]νικι ταχθέντα. περὶ [δὲ] τῶν ὑπ' [Ἀχιλλεῖ ἀντιλο]γία ἐστί.* His iam inferuntur sequentia: *τό τε [γὰρ] Ἄργος τὸ Πελασγικὸν καὶ πόλιν*

δέχονται. Ita enim haec scribenda videntur, suppleta, qua vix carere licet, particula *γάρ.* Inchoatam ab *τό τε* orationem continuant ea, quae infra leguntur *Φθίαν τε οἱ μέν* etc. quibus a verbis parum apte nova paragraphus orditur.

IX 431 = 297, 5.

Καὶ [*φεῦγον*] *ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο'.* Ita edidit Kramerus; at cum A aliique libri habeant *καὶ ὅταν οὕτως φῇ ἀπάνευθεν*, apparet haec ita potius concipienda esse: *καὶ ὅταν οὕτως φεῦ*[*γον*] *ἔπειτ' ἀπάνευθε'.*

IX 435 = 306, 7.

Τὴν γὰρ Λοκρικὴν καὶ ....ν εἰρήκαμεν. Cod. A decem literarum lacunam indicat; supplendum arbitror *καὶ* [*τὴν Οἰταία*]*ν*, non quod alii voluerunt *καὶ* [*τὴν μεσόγαια*]*ν*. Cf. p. 430 *πρώτους δὴ καταλέγει* (*Ὅμηρος*) *τοὺς ὑπ' Ἀχιλλεῖ τοὺς — παρακειμένους τῇ τε Οἴτῃ καὶ τοῖς Ἐπικνημιδίοις Λοκροῖς.*

IX 435 = 308, 11.

Ὁ Φύλλος, ὅπου Ἀπόλλωνος τοῦ Φυλλαίου ἱερόν. Cod. A *φυλλαίου.* Scribendum igitur *Φυλλίου.* V. ad Stephanum Byz. p. 674.

IX 435 = 308, 13.

Καὶ Κίερος δ' εἰς αὐτὴν συντελεῖ. De Ciero, Thessaliae urbe, vide quae ad Stephanum Byz. p. 123, 22 disputata sunt. Illud vero non inutile fuerit monere, eiusdem urbis nomen corruptum latere apud Catullum Carm. 64, 35 d e s e r i t u r S c y r o s, l i n q u u n t P h t h i o-

tica, Tempe, Cranonisque *) domos et moenia Larisaea. Quo loco ineptissime inter Thessaliae urbes commemoratur Scyros insula, satis magno a Thessalis disiuncta intervallo nec quidquam ad Peleum et Thetidem pertinens. Scribendum igitur Cieros, cui emendationi et ceterorum locorum situs favet et vero cod. D scriptura Syros. Praeterea, ut hoc addam, nec Tempe hic recte memorantur; scribendum potius Phthiotica tempe, ut Phthioticas valles relinquere dicantur qui nuptias Pelei celebraturi adventant. Cf. Ovidius Fast. 4, 477 Heloria tempe. Idem Amor. 1, 1, 15 Heliconia tempe. Dionysius Per. 1017 *Μηδικὰ τέμπεα.*

IX 436 = 309, 18.

Τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάττης Ἰωλκός. Ut genetivus *τῆς Δημητριάδος* haberet a quo suspensus esset, Müllerus Orchom. p. 248 *πλησίον* excidisse suspicabatur, parum recte septem illa stadia ad Iolci a maris litore distantiam referens, quod ipse refutat Strabo p. 439 *ὁ δὲ τῆς Ἰωλκοῦ τόπος ἐν ὁδῷ* (i. e. in itinere ab Ormenio ad Demetriadem) *τῆς μὲν Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους διέστηκε.* Atque aliunde etiam Iolcum in ipsa maris ora situm fuisse demonstrari potest. Quocirca *διεστῶσα* vel *διέχουσα* vel simile quid post *Δημητριάδος* excidisse conicio. In sequentibus inter oppida, ex quibus Demetrius Demetriadem urbem composuit, memoratur *Νηλία*, quod nomen cum ad *Νηλεύς* revocandum sit, *Νήλεια* scribendum est.

IX 436 = 310, 17.

Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν συνετέλουν.

---

*) Rectius Crannonisque, quo ducit librorum scriptura Gravinonisque.

De Iolco loquitur. In codice non *Πυλαϊκήν* legitur, sed *ήν*. Reliquas literas m. s. supplevit infeliciter vero, ut recte viderunt viri docti, quorum Du Theil *Πελιακήν* coniecit, quod vel propter imperfectum *συνετέλουν* probari non potest. Peliae enim ludi funebres *) in Acasti patris honorem semel acti sunt, non annis redeuntibus; nec *πανήγυρις* legitimum de talibus ludis vocabulum est. Strabo fortasse *Δημητριακήν* scripserat, sive id de Cerealium sacrorum festivitate intellegas — totus enim ille tractus soli ubertate excellebat, ut vel Pyrasi et Iolci nomina docent; ac *Δημήτριον τέμενος* iisdem in locis Homerus Strabo aliique celebrant **) — sive ad Demetrium regem hoc nomen referendum putes. Demetrium Poliorcetam enim, urbis Demetriadis conditorem, Thessalos in eximio honore habuisse eique annuam festivitatem instituisse nequaquam incredibile videbitur reputantibus, etiam Sicyonios, quorum urbem ab eodem Demetrio Demetriadem appellatam fuisse constat, conditori suo Demetriacam *πανήγυριν* celebravisse. Cf. Diodorus Sic. 20, 102 *Δημητριάδα μὲν τὴν πόλιν ὠνόμασαν, θυσίας δὲ καὶ πανηγύρεις, ἔτι δ' ἀγῶνας ἐψηφίσαντο συν-*

*) De his ludis praeter ea quae Groskurdus attulit v. Athen. 11 p. 468 d. Mira sunt quae leguntur apud Helladium in Photii Bibl. p. 533, 30 *πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνέστη, εἶτα τὰ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πελίᾳ τεθνηκότι προὔθηκαν ἆθλα Θετταλοί.* Quae certissime corrupta sunt et ita forsan sananda: *εἶτα τὰ Ἐλευσίνια.* [*εἶτα*] *ἐπὶ Πελίᾳ* —

**) Ad hanc Thessaliae fertilitatem revocanda videntur cum Pandorae tum Pyrrhae sive Pyrrhaeae nomina, quibus eandem illam Thessaliae partem insignitam fuisse praeter alios Strabo tradidit 9 p. 339. nam *πυρρός* Thessalis dicebatur qui reliquis Graecis *πυρός*, ut *Περραιβός* qui proprie *Περαιβός*. V. Stephanum Byz. p. 210, 15. Nec alio spectant nomina *Γουνεύς*, *Γόννοι*, *Γοννοῦσα*, *Λάρισα*, fortasse etiam *Δευκαλίων*.

τελεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τὰς ἄλλας ἀπονέμειν τιμὰς ὡς κτίστῃ.

IX 436 = 311, 4.

Ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρᾳκίας Μεθώνης. Scribendum *Μηθώνη*. Sic enim Homerus vocat, a quo hic quidem scriptor recedere non potuit, nec recessisse docent quae statim subicit. Quod si utriusque nominis eandem formam posuisset, dicere debebat *Μεθώνη ὁμώνυμος τῆς Θρᾳκίας*. In sequentibus verbis, *ἐμνήσθημεν δὲ καὶ πρότερον τῆς τῶν ὀνομάτων τούτων καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ .... τροπῆς*, vereor ut recte *πολισμάτων* pro *ὀνομάτων* scribendum coniecerit Kramerus, quandoquidem nomina sane *τροπὴν* experiri recte dicuntur, non item urbes. Si ante *τροπῆς*, ubi quatuor literarum lacunam A indicat, *τόπων* addideris, nihil ultra requirendum videtur.

IX 437 = 312, 9.

Τὰ μέταλλα τῆς ποικίλης λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυστίας καὶ τῆς Δευκαλλίας καὶ τῆς Συνναδικῆς Ἱεραπολιτικῆς. Non obloquar Kramero postremam vocem ex margine irrepsisse statuenti, quamquam *καὶ τῆς* post *Συνναδικῆς* facili lapsu praeterviderí potuit. Sed quod marmor Hierapoliticum nusquam commemorari dicit, secus est. Paulus Silent. Amb. 103

> *ἄγχι δὲ πετραίης Ἱερὴ πόλις ἐστὶν ἐρίπνης,*
> *ᾗ τις ἑὸν περίπνυστον ἐφήρμοσεν οὔνομα πέτρῳ.*

et rursus vs. 168

> *καὶ τόδε τοῖς Ἱερῆς πόλιος θρίγκωσε μετάλλοις λαοτόρος.*

Videtur tamen hoc marmoris genus seriori demum tempore Graecis innotuisse, ut nullum a Paulo periculum

Krameri suspicioni imminere videatur. Pro *Λευκαλλίας* revocandum e cod. A *Λευκαλλίου*, dum certior corrupti nominis emendandi ratio reperta fuerit. In iis quae proxime sequuntur: *ὁρᾶν ἔστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς ποικίλης λιθίας, ὑφ' ἧς ἡ πόλις κοσμεῖται*, pro *ὑφ'* scribendum *ἀφ'*, et *λιθείας* pro *λιθίας*, quam formam ut analogiae lex aspernatur, ita alteram ubique etiam invitis codicibus Straboni reddendam arbitror.

IX 437 = 313, 12.

Ἡ μὲν Τρίκκη, ὅπου τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ. De Aesculapio Triccaeo quamquam plura neque omnibus nota dici possent, in praesenti id unum afferre sufficiat, non recte legi in Hymno apud Pseudo-Origenem sive Hippolytum Haer. Refut. 4, 32

εἴτ' ἐφέπεις Θρήκης ἱερῆς ἕδος, εἴτ' ἐρατεινὴν
Πέργαμον, εἴτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἰαονίαν Ἐπίδαυρον.

Aesculapium in Thracia cultum esse constat aliunde; sed hoc loco graecae urbis nomen requiro ac scribendum puto *Τρίκκης* vel *Τρίκης*, quod nomen etiam apud Procopium miram metamorphosin subiit in libro de Aedific. 4, 3 p. 274 *καὶ Μητρόπολις καὶ Γόμφοι καὶ Τρικάττους, περιβόλους ἀνανεωσάμενος.* Scribendum *καὶ Τρίκα, τοὺς περιβόλους.*

IX 438 = 314, 10.

Ταύτῃ δὲ (Μητροπόλει) μίαν τῶν συνοικισθεισῶν εἰς αὐτὴν πόλεων παραδοῦναι τὸ ἔθος ὀνούριον. Agitur de more Veneri porco litandi, quem morem Metropolitanis ab una earum Thessaliae civitatum, quae in Metropolin traductae erant, traditum dicit. Huius urbis nomen latere necesse est in *ὀνούριον*, quod adhuc frustra tentatum est. Scribendum vero *Ὀνθύριον*, cuius emen-

dationis fidem adstruit Stephanus Byz. p. 493, 15 *Ὀνθύριον, πόλις Θεσσαλικὴ περὶ τὴν Ἄρνην. τὸ ἐθνικὸν Ὀνθυριεύς. Ῥιανός ὀγδόῳ.*

IX 438 = 316, 10.

De Ormenio Thessaliae oppido: *ἐκτίσθαι ὑπὸ Ὀρμένου τὸ χωρίον τοῦτο τοῦ Κερκάφου τοῦ Αἰόλου.* Si *Κερκάφου* nomen incorruptum est, pro *Αἰόλου* legerim *Ἡλίου*, cuius filius Cercaphus perhibetur a pluribus. Neque offensioni esse potest, quod Cercaphi res maxime ad Rhodum insulam spectant; cum multiplex antiquitus Rhodi cum Thessalia fuerit coniunctio. Sed dubitandum videtur de sinceritate editae lectionis, si quidem in cod. A primitus *Κερφίου* scriptum fuisse ostendit Krameri annotatio. Mox *ἅτε ἂν ἀπελθόντος τοῦ Φοίνικος* ex nostri certe scriptoris usu non dictum est, qui aut *ἅτε ἀπελθόντος* aut *ὡς ἂν ἀπελθόντος* scripsit, quod a sec. m. supra *ἅτε ἂν* scriptum est in cod. A.

IX 439 = 317, 2.

Κράτης δὲ Φωκέα ποιεῖ τὸν Φοίνικα. Ad hanc de Phoenicis patria quaestionem pertinent quae leguntur apud Schol. Vict. ad Iliad. *κ*, 266 *προειπὼν ἐν θαλασσηω κατοικεῖν τὸν Ἀμύντορα — ἐνθάδε πῶς ἐν Ἐλεῶνι τῆς Βοιωτίας αὐτὸν φησὶν οἰκεῖν — Φερεκύδης δὲ Βοιωτὸν τὸν Ἀμύντορα φησί. καὶ γὰρ ὁ ποιητὴς οὐκ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φησὶ φεύγειν τὸν Φοίνικα.* Quo loco pro *θαλασσηω* fortasse corrigendum *Θεσσαλίᾳ*.

IX 439 = 318, 9.

De Perrhaeborum sedibus agens: *τὸ πρὸς θαλάττῃ μέρος νεμόμενοι καὶ τῷ Πηνειῷ μέχρι τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ καὶ Γυρτῶνος.* Fateor me haec non intellegere, ac

vereor ne Strabo aut pro *μέχρι* scripserit *μεταξύ*, aut *ἀπὸ Γυρτῶνος* pro *καὶ Γυρτῶνος*.

IX 439 = 318, 11.

Εἶτα ταπεινώσαντες ἐκείνους [*εἰς τὴν ἐν τῇ μεσογαίᾳ ποταμίαν*] *Λαπίθαι κατέσχον αὐτὰ τὰ χωρία*. Quae uncis inclusi adeo sequentibus repugnant, ut incogitanter a sciolo intrusa credam, qui male intellexisset quae infra scripsit Strabo 319, 4 *τὴν δ' ἀνὰ μέσον ποτάμιαν εἶχον Περραιβοί*, quae de agro inter Arguram et Atraga ad Peneum sito dicta sunt. Quo accedit orationis vitiositas, quam frustra Coraes tollere conatus est coniectura parum plausibili. Pro *αὐτὰ* fortasse *αὐτοὶ* scribendum.

IX 440 = 319, 1.

Ἔστι δ' ὅπου καὶ ὅλοι ἀναμὶξ τοῖς Λαπίθαις ᾤκουν. De Perrhaebis haec dicuntur, in quibus quid *ὅλοι* significet mihi incompertum est. Videant alii. Sequuntur haec: *ἡ μὲν οὖν Ἄργισσα ἡ νῦν Ἄργουρα*. Ita correctum pro *Ἄργουσα*, quae vitiosa est nominis forma, corrigenda illa etiam apud Grammat. Bekk. An. Gr. p. 443, 18. Hinc corrige quae dixi ad Stephanum Byz. p. 114, 1. Pro *Ἄργισσα* cod. A *ἄργεισα* et B *Ἄργισα*, quae fortasse vera nominis forma est, comparanda illa cum *Λάρισα* et similibus.

IX 440 = 320, 5.

Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ δ' ἐστὶ Λάρισα. Non sine caussa mirantur viri docti mediam inter Larisas Asianas commemorari Atticam. Accedit quod de Attica Larisa altissimum est apud alios silentium; nam Stephanus sua haud dubie ex Strabone hausit. Nec vero correctione succurrendum, sed litura. Si tamen fuit etiam Attica Larisa,

verba ista ante *καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ* transposuerim. Sed videntur in hoc Larisarum recensu etiam alia cum interpolata tum loco suo mota esse. Ephesia enim quam dicit Larisa haud diversa est ab ea quam triginta stadiis a Trallibus distare dicit: vide ipsum Strabonem lib. 14 p. 620. Itaque vide an verba *καὶ ἡ Ἐφεσία Λάρισα ἔστι* ante *τῶν Τράλλεων* transponenda, sequentia autem *καὶ ἐν Συρίᾳ* ab interpolatrice manu addita sint. Neque enim necessario omnes omnino Larisae memorandae erant.

IX 441 = 321, 5.

Ἄμφω δ' ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ κεῖνται οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ Εὐρώπου ποταμοῦ. Ita verissime Kramerus correxit librorum *Εὐρώτου.* Europum, Thessaliae amnem, praeter ipsum Strabonem lib. 7 p. 329 commemorant Sibyllina Carm. 143:

ὅθεν ῥέεν ὑγρὰ κέλευθα
Εὐρώπου ποταμοῖο, καὶ εἰς ἅλα μύρατο ὕδωρ
ἄμμιγα Πηνειῷ καί μιν Στύγιον καλέουσι.

Ubi recte libri *Εὐρώπου*, quod Parisiensis editor scripsit *Εὐρώτου.* Fuit etiam alius Thessaliae fluvius Europus. Sed de his dicetur ad Stephani Ethnica.

IX 441 = 321, 13.

Postquam Cyphum et Dodonam et Titaresium cum adiacentibus agris ex Homero commemoravit, ita pergit: *λέγει μὲν οὖν τούτους τοὺς τόπους τῶν Περραιβῶν, ἀπὸ μέρους τῆς Ἑστιαιώτιδος ἐπειληφότας.* Sensit vitium loci Groskurdus, qui probante Kramero *ἐπειληφότων* scripsit pro *ἐπειληφότας.* Sed ne hac quidem mutatione facta sententia emergit ea quam sic germanice extulit: diese Orte also spricht er den Perrhaibern zu, welche sie als einen Theil von Pelasgiotis (*Πε-*

λασγιώτιδος enim scripsit pro *Ἑστιαιώτιδος*) hinzugenommen hatten. Sed *ἀπὸ μέρους* apud Strabonem significat idem quod *ἐκ μέρους*, ex parte, partim, zum Theil. Praeterea eo quem ille voluit sensu non *ἐπειληφότων* dicendum erat, sed *προσειληφότων*, et *μέρος* non *ἀπὸ μέρους*. Fortasse igitur *ἐπειληχότας* scribendum est, ut dicat Homerum Perrhaebis loca assignasse, quae partim dicionis essent Hestiaeoticae. Quo sensu quin *ἐπιλαγχάνειν* recte cum secundo casu iungatur non dubium est. Vid. L. Dindorfius in Thesauro Gr. L. v. *ἐπιλαγχάνειν*. Quae his statim inferuntur *ἦσαν δὲ καὶ ὑπὸ τῷ Πολυποίτῃ ἐκ μέρους Περραιβικαί*, in iis non opus est ut *πόλεις* addatur; sufficit scripsisse *Περραιβικοί*, scil. *τόποι*, quod proxime praecedit. Praeterea fortasse ante *ὑπό* excidit *οἱ*.

IX 442 = 324, 20.

De Dotio campo, quem in media ferme Thessalia situm, sed suis montibus a ceteris partibus discretum dicit, hos affert versus Hesiodi:

Ἢ οἵη Διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἄντ' Ἀμύροιο,
νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

Horum versuum primum ab elegantia minime commendari facile sentient quibus cultas aures natura tribuit. Magis etiam offendas in eo, quod quaenam ista virgo fuerit minime docetur. Multum igitur haec ab aliis Eoearum partibus discrepant, velut ab ea quae de Alcumena agebat:

Ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν
ἤλυθεν ἐς Θήβας μετ' ἀρήιον Ἀμφιτρύωνα,
Ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.

Vel de Mecionica:

Ἢ οἵη Ὑρίῃ πυκινόφρων Μηκιονίκη.

Vel de Antiopa, Nyctei filia:

Ἢ οἵην Ὑρίη Βοιωτίη ἔτρεφε κούρην,

ubi non dubitandum est quin nomen in proximis statim versibus poeta attulerit. Denique fateor de usu vocis *κολωνός* mihi dubitationem iniectam esse, qua cum neque Homerum, neque Hesiodum in reliquis carminibus, neque ceterorum epicorum ante Apollonium Rhodium quemquam usum esse scirem, ne in hoc quidem fragmento locum habuisse mihi persuadebam. Has dubitationes, quas iam olim de sinceritate editae lectionis fovebam, nunc lecta Krameri annotatione magis etiam confirmatas video. Sic enim ille: 'in A cum intercidissent quae inter *εἴρηκεν* et *ους ναίουσα* leguntur, sec. m. tantummodo *ἢ οἵη δι-δύμ* restituit; sed *ἱερούς* pr. m. scriptum fuisse ex lacunae magnitudine liquido intellegitur: *ἱερούς* om. *cghino*'. Ex his apertum est *ἱερούς* incerta niti auctoritate. Hinc Hesiodium versum ita refingendum arbitror:

Ἢ οἵη Διδύμους ὄχθους ναίουσα Κορωνίς —

De Coronide enim haec dixisse Hesiodum dudum a viris doctis intellectum est; v. Apollon. Rh. 4, 616 et Schol. Pindari Pyth. 3, 59. Sed hanc totam disputationem ipse evertere videtur Strabo lib. 14 p. 647 ubi versus isti eodem modo scripti afferuntur. Videtur, inquam, evertere, non evertit: isti enim loco Hesiodi fragmentum *ἀπροσδιονύσως* intrusum videri, infra videbimus; quae sententia si falsa reperta fuerit, non impedio quo minus *ἱερούς* tamquam Hesiodium servetur, modo *Κορωνίς* reponatur pro *Κολωνούς*. Neque in masculino *Δίδυμοι* iure aliquis haeserit: quamvis neutrum *Δίδυμα* et de his Thessaliae montibus et de aliis cognominibus frequentius dictum esse videatur.

IX 443 = 326, 6.

Ἡ μέντοι Σηπιὰς ἀκτὴ καὶ τετραγῴδηται μετὰ ταῦτα καὶ ἐξύμνηται διὰ τὸν ἐνταῦθα ἀφανισμὸν τοῦ Περσικοῦ στόλου. Ita Kramerus haec edidit praeeunte Corae. Vulgo *τετραγῴδηται καὶ μετὰ ταῦτα ἐξύμνηται*, quorum alterum, *ἐξύμνηται*, ad lyrici poetae, Simonidis fortasse, graecarum victoriarum praeconis disertissimi, carmen aliquod referendum est; *τετραγῴδηται* autem ipse olim Comment. misc. Spec. 1 ad Attici cuiusdam poetae drama referebam, in quo ista clades, ut Salaminia in Persis Aeschyli, narrari potuerit. Verum huiuscemodi drama num unquam fuerit, vehementer nunc dubito. Itaque nisi verbo *τραγῳδεῖν* Strabonem figurate usum esse dicas, nescio an pristina lectione omnium librorum consensu firmata sic utendum sit, ut post *τετραγῴδηται* aliquid excidisse statuatur, quod ad fabulosam aliquam historiam spectet a tragicis poetis celebratam. Cuius suspicionis vestigia sequenti sua sponte obveniunt quae veteres poetae de Thetide circa Sepiadem versante et a Peleo in thalamum rapta fabulati sunt. Attigit horum aliquid Euripides Androm. 1253, nec incredibile est eandem rem alios quoque poetas scenicos exornasse. Itaque si ludere datur, haec fere a Strabone scripta esse conicere possis: *ἡ μέντοι Σηπιὰς ἀκτὴ καὶ τετραγῴδηται [διὰ τὸν Πηλέως καὶ Θέτιδος συνοικισμόν,] καὶ μετὰ ταῦτα ἐξύμνηται διὰ τὸν ἐνταῦθα ἀφανισμὸν τοῦ Περσικοῦ στόλου.* Proxime post Sepiadem Strabo littus esse dicit: *ἔστι δ' αὕτη μὲν (ἡ Σηπιὰς) ἀκτὴ πετρώδης, μεταξὺ δ' αὐτῆς καὶ Κασθαναίας κώμης ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κειμένης αἰγιαλός ἐστιν.* Quibus egregie uti licebit ad explicandum locum Apollonii Rhodii, in quo enodando frustra laboraverunt interpretes. Nimirum Argon. 1, 592 haec leguntur:

> *ἔνθεν δὲ προτέρωσε παρεξέθεον Μελίβοιαν,*
> *ἀκτήν τ' αἰγιαλόν τε δυσήνεμον εἰσορόωντες,*
> *ἠῶθεν δ' Ὁμόλην αὐτοσχεδὸν εἰσορόωντες*
> *Πόντῳ κεκλιμένην παρεμέτρεον.*

Vides iam Strabone duce accuratissime Apollonium Argonautarum iter descripsisse; relicta Meliboea praetervehuntur primum *ἀκτήν*, tum *αἰγιαλὸν δυσήνεμον*, Persarum naufragio infamem, hinc primo mane Homolen montem praeternavigant. In eo tantum Apollonius a Strabone recedit, quod quam ipse *ἀκτὴν* dicit non de Sepiade intellegi voluit: eam enim iam in superioribus commemoravit et in ipso ostio, ut videtur, sinus Pagasitici collocavit*), in quo eum secutus est Orpheus Argon. 462. Rectius sine dubio Strabo, Herodoti vestigia legens, quem vide lib. 7, 183 sqq. Non debebat igitur ille Apollonii versus propter *ἀκτῆς* et *αἰγιαλοῦ* coniunctionem proscribi, quae qui synonyma esse affirmat Wellauerus, multum errat. Vid. Pausanias lib. 2, 24, 9 *μετὰ ταύτην αἰγιαλός τε παρήκει τῆς ἠπείρου μηνοειδὴς καὶ ἀκτὴ μετὰ τὸν αἰγιαλόν.* Theophrastus Fragm. 6, 2, 4 *θάλασσα οἰδοῦσα καὶ ἀκταὶ βοῶσαι καὶ αἰγιαλὸς ἠχῶν ἀνεμώδης.* Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 1313 *ὅπερ ἐπὶ θαλάσσης ἀκτή, ὁ κρημνώδης δηλαδὴ τόπος, τοῦτο ἐπὶ ποταμοῦ ὀχθή, ὅπερ δὲ ἐπὶ θαλάσσης αἰγιαλός, ὁ ἐπίπεδος δηλαδὴ καὶ ὁμαλός, τοῦτο ἐπὶ τῶν ποταμῶν πλαταμών.* Maiore iure viri docti haeserunt in duorum versuum *ὁμοιοτελεύτῳ*,

---

*) Vs. 580. *αὐτίκα δὲ* (relicto Iolci portu) *ἠερίη πολυλήιος αἶα Πελασγῶν δύετο, Πηλιάδας δὲ παρεξήμειβον ἐρίπνας* (puta *ἀκρωρείας* Pelii intra sinum Pagasiticum) *αἰὲν ἐπιπροθέοντες· ἔδυνε δὲ Σηπιὰς ἄκρη* (imo *ἀκτή*, ut summo consensu scriptores Sepiadem appellant), *φαίνετο δ' εἰναλίη Σκίαθος.*

cui removendo parum plausibiles coniecturas in medium protulerunt, quamquam apertum est scripsisse poetam:
ἀκτήν τ' αἰγιαλόν τε δυσήνεμον ἐκπερόωντες.

X 444 = 331, 8.

Γεραιστὸς δὲ καὶ Πεταλία πρὸς Σουνίῳ. Haec a Krameri dubitationibus vindicavit Rossius Itin. Eub. p. 27. De praepositione *πρός* eo qui hic requiritur sensu posita supra dictum est.

X 445 = 332, 19.

Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφόν. Ita e Xylandri correctione scriptum est, cum libri *ἀαίκλου* habeant, quod ad *Ἀέκλου* ducit, ut est in cod. y. Idque rectius est quam *Αἴκλου*, quod nomen pravo iudicio Strabo lib. 7 p. 321 barbaris nominibus accenset: *καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δὲ ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται, Κέκροψ καὶ Κόδρος καὶ Ἄικλος καὶ Κόθος καὶ Δρύμας καὶ Κρίνακος.* Qui ut de postremis duobus, veram et meram Graeciam redolentibus, aperte fallitur, ita nec de Aiclo vera dixisse censendus est, quod nomen cum ex *ἀΐ* (*ἀέ*) et *κλέος* compositum sit, tribus syllabis efferendum esse apparet. V. Comment. de Scymni Per. p. 34. *Αἰκλὸς* pravo accentu editur p. 447. In sequentibus Cothum Ellopiam condidisse scriptor dicit, ad Telethrium montem sitam, *καὶ τὴν Ἱστίαιαν προσκτήσασθαι καὶ τὴν Περιάδα καὶ Κήρινθον καὶ Αἰδηψὸν καὶ Ὀροβίας, ἐν ᾧ μαντεῖον ἦν ἀψευδέστατον.* Urbem *Περιάδα* a nemine memoratam memini; nec apparet ad quod etymon nomen hoc revocandum sit. Hinc nata mihi suspicio est *πεδιάδα* scribendum esse, ut Cothus Hestiaeam cum subiecta planitie occupasse dicatur. De hac planitie vide Rossium in Itin. Eub. p. 51. Favet emendationi articulus in ceteris urbium nominibus omis-

sus. Praeterea desidero Aegarum nomen, quas cum alii locis Strabo disertim commemoret, hic in ipsa Euboeae descriptione silentio praetermissas esse quis credat? Cf. Strabo lib. 9 p. 405 ἐγγὺς δὲ τῶν Αἰγῶν καὶ αἱ Ὀρόβιαι. Hinc scribendum suspiceris Αἰδηψὸν [καὶ Αἰγὰς] καὶ Ὀροβίας. Pro ἐν ᾧ fortasse ἔνθα. In sequentibus Orobiarum oraculum fuisse dicitur τοῦ Σελινουντίου Ἀπόλλωνος. Selinusius Apollo nominatus esse potuit a Selinunte amne Ephesio, ubi cum Diana culta sit, etiam Apollinis templum fuisse non improbabile est. Rossius Itin. Eub. p. 46 de Selinunte, Peparethi insulae urbe, cogitabat; sed de Selinunte Peparethia omnia incerta sunt. Non igitur assentior iis qui haec ipsa verba, ἦν δὲ μαντεῖον καὶ τοῦ Σελινουντίου Ἀπόλλωνος, in quibus καί Xylander recte delevit, pro spuriis habent.

X 446 = 335, 6.

Τὸ Μαρμάριον, ἐν ᾧ τὸ λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνου. Μαρμάρινος Ἀπόλλων cum non dici posse videatur nisi Apollo marmoreus, recte Holstenium coniecisse credo Μαρμαρίου. Nisi μαρμάρινον scripsit Strabo. Ceterum cf. Photius Lex p. 247, 25 Μαρμάριον: τῆς Εὐβοίας ὅρμος. καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. οὕτω Μένανδρος.

X 447 = 336, 20.

Inter vetustos Euboeae insulae incolas commemorantur etiam Arabes: τὸ παλαιὸν καὶ Ἄραβες οἱ Κάδμῳ συνδιαβάντες. Prorsus novum hoc nec ab alio scriptore traditum. Quid enim Cadmo cum Arabibus? vereor ne vitium lateat et scribendum suspicor Ἀράδιοι. Aradios, quos postea cum Tyriis et Sidoniis in unum systema (Tripolin Phoeniciam vocant) coniunctos fuisse constat, Cad-

mum exulantem cum reliquis secutos esse, nihil habet quod dubitationem moveat. Gephyraeos Eretriacos in Euboea Phoenices fuisse affirmat Herod. 5, 57. Error natus videtur ex compendio scripturae *αραδ̄*.

X 447 = 337, 14.

Νυνὶ μέντοι ἀμφότερα ἐκλέλοιπε. Aeris et ferri fodinas dicit in campo Lelanto. Post *λέλοιπε* epit. addit *ὥσπερ καὶ Ἀθήνησι τἀργύρια*, quae recte Groskurdum Straboni reddidisse credo. Scribendum autem *τἀργυρεῖα*.

X 447 = 337, 20.

Euboeam insulam multis terrarum motibus concussam fuisse dicit: *ὑπὸ τοιοῦδε πάθους καὶ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται καὶ Αἰσχύλος ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ·*

> *Εὐβοΐδα καμπὴν ἀμφὶ Κηναίου Διός*
> *ἀκτήν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.*

De Aeschyli fragmento multa in medium allata sunt, nihil quod satisfaciat. Pro *καμπήν* complures *καμπτήν*, quod si *κάμπτων* scripseris, nihil ultra requirendum videatur. Coniungendus autem cum his versibus est alius ex eodem dramate servatus in vita Arati (fr. 23) in hunc modum:

> *Εὐβοΐδα κάμπτων ἀμφὶ Κηναίου Διός*
> *ἀκτήν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα,*
> *κἄπειτ' Ἀθήνας Διάδας παρεκπερῶν —*

Petita haec sunt ex oratione describentis iter quo quis a sinu Maliaco profectus primum circa Euboeam flectens ad Cenaeum promontorium et Lichadem insulam, tum Athenas Diadas pervenerit vel perventurus sit. Haec plane locorum naturae conveniunt. Cf. Strabo 1 p. 60 *Δημήτριος τῶν τε Λιχάδων νήσων καὶ τοῦ Κηναίου τὰ πολλὰ*

καταδῦναί φησι. Idem 9 p. 426 *καθ' ὃ* (Cnemidas dicit Locricas) *τὸ Κήναιον ἐκ τῆς Εὐβοίας ἀντίκειται· ἄκρα βλέπουσα πρὸς ἑσπέραν καὶ τὸν Μαλιέα κόλπον — ἐνταῦθα καὶ αἱ Λιχάδες καλούμεναι τρεῖς νῆσοι πρόκεινται ἀπὸ Λίχα τοὔνομα ἔχουσαι.* Denique 10 p. 446 *ἔστι δ' ἐν τῷ Ὠρεῷ τούτῳ τό τε Κήναιον πλησίον καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ Δῖον καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων, ὑπερκείμενον τοῦ ἐπὶ Κῦνον πορθμοῦ.* Quorum locorum comparatione hoc certe efficitur, ut versus illos sic ut factum vides se excepisse intellegatur. Lichae tumulum autem non dicere videtur sepulcrum aliquod in litore conditum, sed scopulum ex Euboico gurgite eminentem, de quo Ovidius Metam. 9, 226 haec habet:

> Nunc quoque in Euboico scopulus brevis emicat alte
> gurgite, et humanae servat vestigia formae,
> quem quasi sensurum nautae calcare verentur,
> appellantque Lichan.

Eodem referenda sunt poetae incerti verba apud Etymol. M. p. 417, 12 *ἆχι Λίχα μέγα σᾶμα.* Quid vero est quod Strabo in Aeschyli versibus urbem Euboeam commemorari dicit? Nimirum excidit vel totus versus, vel certe pars versus, cuius in fine legebatur *πόλιν.* Nec tamen Aeschylus *πόλιν Εὐβοΐδα* de urbe Euboea, quae nulla unquam fuit, intellexisse videtur, sed de insula, quas passim *πόλεις* vocari quis nescit? Ipse Strabo supra libro 8 p. 356 (sive, ut ego credo, doctus Strabonis interpolator) ex Euripidis Ione attulit *Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις,* et e Rhadamantho *οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα πρόσχωρον πόλιν.* Non tamen ipsius Strabonis hunc errorem esse puto, sed eius quem Strabo secutus est, Demetrii Callatiani, quem copiose de terrarum motibus exposuisse et in his etiam de Euboea dixisse ipse indicavit Strabo

lib. 1 p. 60. Hunc igitur etiam illos Aeschyli versus attulisse suspicor.

X 447 = 338, 11.

Egregie de hoc loco meritus est Kramerus, qui viderit quae de Pharsalica Eretria locis disiuncta traduntur, ita coniungenda esse: *ἔστι δὲ καὶ περὶ Φάρσαλον Ἐρέτρια, ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος· Ἀδμήτου δ' ἵδρυμα λέγεται τὸ ἱερόν, παρ' ᾧ θητεῦσαι λέγουσι τὸν θεὸν αὐτόν.* Sed aliud inest in adscriptis verbis, quod mihi nequaquam incorruptum videtur. Quorsum enim dicit Admeto serviisse *τὸν θεὸν αὐτόν*? an verendum erat, ne alius pro deo servitium subiisse crederetur? Enimvero scribendum *θητεῦσαι τὸν θεὸν ἐνιαυτόν*, vel [*εἰς*] *ἐνιαυτόν*. Ita enim dicere solent qui istud Apollinis servitium commemorant. Pherecydes apud Scholiastam Euripidis Alc. 1 *παρὰ τὸν Ἄδμητον ἔρχεται Ἀπόλλων θητεύσων ἐνιαυτόν.* Plutarchus Erot. p. 761 d. *Ἀπόλλωνα μυθολογοῦσιν ἐραστὴν γενόμενον Ἀδμήτῳ παραθητεῦσαι εἰς ἐνιαυτόν.* Panyasis apud Clementem Alex. Protr. p. 22 d. *ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευσέμεν εἰς ἐνιαυτόν.* Clemens Alex. Strom. 1 p. 382 Sylb. *καὶ Ἀδμήτῳ θητεύων εὑρίσκεται σὺν Ἡρακλεῖ μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.*

X 448 = 339, 6.

Τὴν δὲ δύναμιν τὴν Ἐρετριέων, ἣν ἔσχον ποτέ, μαρτυρεῖ ἡ στήλη, ἥν ἀνέθεσάν ποτε ἐν τῷ ἱερῷ. Alterum *ποτέ* delendum videtur ut ex prioribus per errorem repetitum. Sed *ἀνέθεσαν* sanum videtur, nec scribendum quod Casaubonus in libris esse falso dicit *ἀνέστησαν.* Sane hoc meliorum scriptorum usus postulabat, sed *ἀνέθηκε* iterum habes lib. 17 p. 791 *τοῦτον* (*τὸν πύργον*) *ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος.* Adde titulum apud Ignarram de Pal. Neap. p. 301 *ἀνέθηκαν τὸ τειχίον.*

X 448 = 340, 4.

Τὸ μὲν οὖν πλέον ὡμολόγουν ἀλλήλαις αἱ πόλεις αὗται (Chalcidem et Eretriam dicit), *περὶ δὲ Ληλάντου διενεχθεῖσαι οὐδ' οὕτω τελέως ἐπαύσαντο, ὥστε τῷ πολέμῳ κατὰ αὐθάδειαν δρᾶν ἕκαστα, ἀλλὰ συνέθεντο ἐφ' οἷς συστήσονται τὸν ἀγῶνα.* Huius quoque loci sententia, ut mihi quidem videtur, duplice lacuna obscurata est, quarum alteram post *διενεχθεῖσαι*, alteram post *ἐπαύσαντο* indicandam puto. Hoc enim haud dubie scriptor dicere voluit, magnam omni tempore fuisse Eretriensium et Chalcidensium concordiam, quam ne tum quidem, cum de Lelanto contenderent, eo usque turbatam fuisse, ut pro arbitrio bellum gererent. Quae in hunc ferme modum extulerit scriptor: *περὶ δὲ Ληλάντου διενεχθεῖσαι* [*ἐπολέμουν μὲν ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐπὶ μικρόν,*] *οὐδ' οὕτω τελέως ἐπαύσαντο* [*ὁμονοοῦντες*], *ὥστ' ἐν τῷ πολέμῳ* etc.

X 448 = 340, 9.

Καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν πολεμικῶν ἐθῶν καὶ τῶν ὁπλισμῶν οὐδὲν οὔτ' ἐστὶν οὔτ' ἦν ἔθος. Pro *οὐδὲν* codd. *οὐθὲν* vel *οὐθ' ἕν*. Scribendum erat potius *οὐχ ἓν οὔτ' ἔστιν οὔτ' ἦν ἔθος*. Ita carere licet Corais coniectura, qui *καθεστηκὸς* post *ἔθος* addi volebat. Praeterea etiam *ἐθῶν* corruptum videtur, quamquam id fortasse excusandum est in huius loci scriptore, quem non Strabonem esse verissime mihi intellexisse videtur Kramerus. In postrema parte, *ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι — καὶ γὰρ συστάδην καὶ κοντοβολούντων*, item aliquid excidit. Sententia requirit: *καὶ γὰρ συστάδην* [*μαχομένων ἐστὶ*] *καὶ κοντοβολούντων.*

X 449 = 341, 20.

Postquam scriptor de armis bellique genere, quo Euboenses utuntur, exposuit eosque *αἰχμητὰς* et *δορυφό-*

ρους esse ex Homero docuit, subito inferuntur haec: *περιφέρεται δὲ καὶ χρησμὸς ἐκδοθεὶς Αἰγιεῦσιν·*

ἵππον Θεσσαλικήν, Λακεδαιμονίαν τε γυναῖκα,
ἄνδρας θ', οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθούσης.

τοὺς Χαλκιδέας λέγων ὡς ἀρίστους· ἐκεῖ γὰρ ἡ Ἀρέθουσα. Atqui in oraculo illo nihil inest, quo fides concilietur his, quae de armatura Euboensium disputavit scriptor. Itaque omnia ista ab interpolatore profecta existimarem, nisi idem illud oraculum eiusdem rei probandae caussa allatum viderem a Schol. Veneto ad Iliad. *β'* 543, sed sic: *αἰχμηταί] καὶ ὁ χρησμὸς οὕτως περὶ αὐτῶν 'ἄνδρες δουρίμαχοι ναίουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης'. ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν τὸ τοξεύειν.* Hinc suspicari licet, ut priores oraculi illius versus non sine insigni scripturae discrepantia afferuntur in Anthol. Pal. 14, 73. Schol. Theocriti Id. 14, 48 aliisque, ita etiam eorum versuum, de quibus hic agitur, aliam apud alios formam fuisse, atque in his etiam hanc, ut verbis

ἄνδρας θ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς Ἀρεθούσης,

alius versus additus esset, quo ipsum illud quod Strabo et scholiasta Homericus volunt, probaretur; exempli caussa pono hoc:

δουριμάχους, κρατερῇσι πεποιθότας ἐγχείῃσιν.

Hoc nisi sumas, nil relinqui video nisi ut totum illud de oraculo eliminandum dicas, quamquam hoc, ut dixi, propter illum cum scholiasta Homeri consensum parum probabilitatis habet. Ceterum de bellico Chalcidensium apparatu conferendus est poeta incertus (Com. Graec. vol. 2 p. 870) apud Zenobium Cent. 6, 50 Chalcidenses dicens *ἀνθῆσαι δόρασίν τε καὶ πλήθει τετρώρων ἁρμάτων.*

X 449 = 342, 1.

Εἰσὶ δὲ νῦν Εὐβοΐται ποταμοὶ Κηρεὺς καὶ Νηλεύς.

Haec vitii suspecta sunt propter *νῦν*, in quo critici, quoad sciam, non haeserunt; nec *Εὐβοΐτης* mihi sine offensione erat. Itaque fuit cum corrigendum putarem *εἰσὶ δ' ἐν Εὐβοίᾳ*. Sed *Εὐβοΐτης*, indicante Dindorfio in Thes. Parisiensi, est etiam apud Libanium Epist. 445. Itaque vide an scribendum sit *εἰσὶ μὲν οὖν*. *ΕΙCΙΔΕΝΥΝ* non multum differt ab *ΕΙCΙΜΕΝΟΥΝ*. In sequentibus (342, 7) nescio an scribendum sit: *περὶ Ἔδεσσαν ἔμειναν, καὶ συμπολεμήσαντες τοῖς ὑποδεξαμένοις ἔκτισαν πόλιν Εὔβοιαν*, transposita particula *καί*, quae vulgo ante *ἔκτισαν* legitur. Nisi forte *συμπολιτεύσαντες* scribendum est.

X 450 = 345, 9.

Ἔχει δὲ καὶ ἡ Αἰτωλία ὄρος μέγιστον μὲν τὸν Κόρακα, συνάπτοντα τῇ Οἴτῃ, τῶν δ' ἄλλων ἐν μέσῳ μὲν μᾶλλον τὸν Ἀράκυνθον. Ita recte correxerunt viri docti librorum scripturam *μαλαόν*. Sed restat corruptum *μέν*, cui si quando nihil respondet, oppositio per se intellegitur, quod hic secus est. Scribendum videtur: *τῶν δ' ἄλλων, ἐν μέσῳ μέν[τοι] μᾶλλον, τὸν Ἀράκυνθον.*

X 452 = 348, 6.

Τὴν Νήριτον μετωνόμασαν Λευκάδα, ἐπώνυμον δοκῶ μοι τοῦ Λευκάτα· πέτρα γάρ ἐστι λευκὴ τὴν χρόαν, ὡς ἐντεῦθεν τοὔνομα λαβεῖν. In his *δοκῶ μοι* nihil habet insolentiae. Cf. Menander in Fragm. Com. vol. 4 p. 88 *ὅλην ἐπίνομεν τὴν νύκτα καὶ σφόδρ' ἄκρατόν μοι δοκῶ.* Clearchus ibid. p. 564 *ὃν αὐτὸς ἐποίησεν ὁ Μάρων μοι δοκῶ.* Anonymus ib. p. 691 *ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσάν μοι δοκῶ.* Nec Menandri versus a Strabone allatos suspectos habeo ne ab aliena manu intrusi sint, praesertim si scribas: *ῥῖψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς ἅλμα κατ' εὐχὴν σὴν δέσποτ' ἄναξ*, quae egregia est Angli nescio cuius emen-

datio pro ἀλλά. Ad ἅλμα ῥῖψαι compares quod Euripides Phoen. 643 dixit πέσημα δικεῖν. Iam vides perfectam esse et absolutam Menandreorum, ut a Strabone laudantur, sententiam, falsusque haud dubie Bentleius est, qui ex Hesychio addiderit in fine verba: εὐφημείσθω τέμενος πέρι Λευκάδος ἀκτῆς. Ceterum quae de saltu Leucadio scriptor narrat lectu sane dignissima, male tamen divellunt ea, quae de nomine Leucadiae dicere instituit, ut non immerito conicias quae in fine sectionis nonae leguntur p. 349, 6, inde a verbis ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιονίδα γράψας, in finem sectionis octavae p. 348, 8 post ἐντεῦθεν τοὔνομα λαβεῖν transponenda esse.

X 456 = 355, 16.

Τὸ μὲν γὰρ (Dulichium dicit) *Ἐπειοὶ κατεῖχον, τὴν δὲ Κεφαλληνίαν ὅλην Κεφαλλῆνες καὶ [οἱ μὲν] ὑπὸ Ὀδυσσεῖ, οἱ δ' ὑπὸ Μέγητι.* Ita haec ad Casauboni mentem edita sunt, libris *οἱ μέν* omittentibus. Mihi multo credibilius videtur abundare quae innumeris locis Straboni a librariis obstrusa est, particulam *καί*, quam addendum esse *οἱ μέν*. Cf. quae supra diximus ad 4 p. 193.

X 465 = 372, 6.

Καὶ ἡμῖν οὖν συγγνώμη καὶ οὐ δυσχεραίνειν δεῖ. Pro *συγγνώμη* cod. habet *συγγώμην*, in quo recte Kramerus infinitivum latere existimat; sed quod conicit *συγγνῶναι*, habet aliquid offensionis propter aoristum praesenti iunctum, quamquam similia passim legi me non fugit. Fortasse addendum est quod post *συγγνώμην* facili lapsu excidit *νέμειν*. Cf. lib. 9 p. 398 *τῇ δὲ πόλει συγγνώμην ἔνειμεν*, et Pausanias lib. 2, 27, 4 *οὐκ ἠξίου νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην*.

X 465 = 372, 18.

Ἀρχέμαχος δ' ὁ Εὐβοεύς φησι τοὺς Κουρῆτας ἐν Χαλκίδι συνοικῆσαι, συνεχῶς δὲ πολεμοῦντας κτέ. Verbi *συνοικῆσαι* quae hoc loco vis esse possit, non intellego, cum de partita Curetum habitatione in praecedentibus nullum verbum legatur. Videtur librarius ad sequens *συνεχῶς* aberrasse, Strabo autem *οἰκῆσαι* scripsisse, ut citat schol. Lips. ad Hom. *ι* 529. De Archemacho non poenitebit legisse Bernhardyn ad Dionysii Per. p. 987.

X 466 = 374, 17.

Τῶν δὲ συγγενεῖς ἀλλήλων καὶ μικράς τινας αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς διαστελλομένων. Hac frustra, ut mihi quidem videtur, in vitii suspicionem adducta sunt a criticis, qui fere *κατά* pro *καί* et *διαστελλομένους* pro *διαστελλομένων* scribi voluerunt: ad *τῶν δέ* ex praecedentibus assumendum *ἀποφαινόντων*, *διαστέλλεσθαι* autem activo sensu accipiendum, ut passim apud Strabonem, velut lib. 8 p. 369 *τὴν ὁμωνυμίαν τοῖς ἐπιθέτοις διαστέλλεται.*

X 467 = 377, 6.

Ἥ τε γὰρ ἄνεσις τὸν νοῦν ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἀνθρωπικῶν ἀσχολημάτων, τὸν δὲ ὄντως νοῦν τρέπει πρὸς τὸ θεῖον. Haec postrema verba variis tentata coniecturis equidem eliminanda potius arbitror quam emendanda. Certius est in sequentibus l. 17 scribendum esse *εἴ τις ἔκπτωσις πρὸς τὸ χεῖρον γεγένηται*, pro edito *γένηται*. Nusquam noster *εἰ* coniunxit cum subiunctivo, qui ne ad sententiam quidem hoc loco ferri potest.

X 469 = 381, 1.

Εὐριπίδης τε ἐν ταῖς Βάκχαις τὰ παραπλήσια ποιεῖ,

τοῖς Φρυγίοις ἅμα καὶ τὰ Λύδια συμφέρων διά τε Ὅμηρον. Mira commenti sunt viri docti ut postremis aliquam sententiam elicerent. Scribendum διὰ τὸ ὅμορον. In Pindari fragmento quod proxime antecedit, cum libri pro ῥόμβοι habeant ῥοίμβοι, id potius ῥύμβοι scribendum videtur quam ῥόμβοι. V. ad Com. graec. vol. 2 p. 452. Aliis tamen locis Pindarus altera forma usus est.

X 470 = 382, 18.

Καὶ ἐν Παλαμήδει φησὶν ὁ χορός ‚οὐ σὺν Διονύσῳ κωμᾶν, ὃς ἀν' Ἴδαν τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ τυμπάνων ἰάκχοις'. Pro σύν alii σάν, et pro κωμᾶν libri κομᾶν et κομᾶνος, peiores κομῶν. Suspicari possis κωμάζων, nam κωμᾶν nihili est. Sed librorum lectiones contemplanti fortasse ita scribendum videbitur:

οὐ σὺν Διονύσῳ,
κοινὰν ὃς ἀν' Ἴδαν
τέρπεται σὺν ματρὶ φίλᾳ
τυμπάνων ἰάκχοις.

Κοινάν Idam dicit utrique deo communem; nisi κοίλαν malis, quemadmodum Corinthus κοιλαίνεσθαι dicitur propter convallium cava apud Strab. 8 p. 382.

X 470 = 384, 11.

Τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ὀργάνων. εἰπὼν γὰρ ‚σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς, ὄρεια δ' ὄργαν' ἔχοντες', τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει ‚ὁ μὲν ἐν χερσὶν βόμβυκας ἔχων, τόρνου κάματον, δακτυλόδεικτον πίμπλησι μέλος' etc. In priore fragmenti parte incertissima est verborum ὄρεια δ' ὄργαν' ἔχοντες emendatio, quibus nondum exstitit qui probabilem curam adhiberet. Mihi ista loco suo mota et aut cum sequentibus Strabonis verbis

coniungenda videntur in hunc modum: *τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει ὄρεια* (libri *ὅρια*) *ὄργανα ἔχοντας*, aut cum altero fragmento Aeschyli copulanda: *οὔρεια δ' ἀν' ὄργαν' ἔχοντες, ὁ μὲν ἐν χερσὶν* etc. Pro *δακτυλόδειχτον* scribendum *δακτυλόδιχτον*, quod iam aliis, si recte memini, in mentem venit. In postremis versibus notabile est *τυπάνου εἰκών*, quo sensu imaginem dicunt etiam scriptores latini. Notum illud Horatii Vaticani montis imago, et recinet iocosa nomen imago. Cf. Varro de RR. 3, 16, 12 ubi non resonant imagines.

X 471 = 387, 5.

Ἡσίοδος μὲν γὰρ Ἑκατέρω καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησίν. In his non modo *Ἑκατέρω* corruptum est, sed excidit etiam nomen filiae Phoronei, sive ea Niobe fuit sive Cerdo. Illud qui emendare volent, reputent quaeso primam corrupti nominis partem esse posse praepositionem, e. c. *ἐκ Κατρέως*. Niobae nomen autem quam facili errore inter *καὶ* et *τῆς* excidere potuerit, in promptu est. Catreum exempli caussa posui, bene guarus hoc nomen maxime ad Creticas pertinere fabulas. Confer tamen Apollodori Bibl. 2, 1, 4. Mox ubi nunc legitur *ὁ τὴν Φορωνίδα γράψας*, pro *γράψας* libri habent *στέψας*, quod vide an potius e *συντάξας* depravatum sit.

X 473 = 390, 7.

Πιθανὸν δέ φησιν ὁ Σκήψιος Κουρῆτας μὲν καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτούς, [*Κουρῆτας δὲ λέγεσθαι,*] *οἳ πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἤθεοι καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι· καὶ Κορύβαντας δὲ ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν* [*καὶ*] *ὀρχηστικῶς, οἵους* (vulgo *οὓς*) *καὶ βητάρμονας λέγει ὁ ποιητής.* Ita fere depravatissimum locum redintegrandum puto. In sequentibus l. 18 nec paren-

thesis necessaria, nec ante *καί* inserendum *αἵ*, neque lacunae suspicio. Omnes Idae montis *ἐσχατιὰς* deorum matri sacras esse dicit. De *καὶ πᾶσαι* cf. Analecta Alex. p. 223.

X 474 = 393, 10.

De magnitudine et ambitu Cretae insulae disserens Sosicratem dicit *ἀφορίζεσθαι μήκει μὲν πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων καὶ τριακοσίων, πλάτει δὲ ὑπὸ τὸ μέγεθος, ὥσθ' ὁ κύκλος κατὰ τοῦτον γίνοιτ' ἂν πλέον ἢ πεντακισχίλιοι στάδιοι.* Impeditissima verba Kramerus ità expedire conatus est, ut in *ὑπό*, pro quo in B *οὔπω* scriptum est, numerum *τριακοσίων* latere, sequentia autem *τὸ μέγεθος* ex margine recepta esse, ubi addita fuerint ad argumentum indicandum. De numero assentior, minus de reliquis, quae mihi artificiosius excogitata videntur. Strabo fortasse scripserat *πλάτει δὲ ὑ ὅπου τὸ μέγιστον*, vel *ὅπου 'στὶ μέγιστον*, quale quid etiam res ipsa mihi exigere videtur; mirum enim in modum variat Cretae insulae latitudo.

X 476 = 399, 7.

Exposita Ephori disputatione de Minoe sic pergit: *ταῦτα δ' εἰπόντος, οἱ ἀρχαῖοι περὶ αὐτοῦ πάλιν ἄλλους εἰρήκασι λόγους — ὡς τυραννικός τε γένοιτο καὶ βίαιος καὶ δασμολόγος, τραγῳδοῦντες τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον.* Pro *ἀρχαῖοι* fortasse *Ἀθηναῖοι* scribendum est, et *τραγῳδοῦντες* proprio sensu sumendum. In sequentibus verbis, *ὅταν φῇ ὅτι πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον*, Iovis nomen desidero, quod post *ὅτι* addiderim ex Iliad. 13, 450. Ibidem post *ὑπὲρ* inserendum videtur *δέ*.

X 478 = 402, 10.

In iis quae hic de Leucocoma et Euxyntheto narran-

tur aptum sententiarum connexum, quem merito desiderat Kramerus, ita facillima mutatione restituere licebit: *ἐκ δὲ Λεβῆνος ἦν Λευκοκόμας τε καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ Εὐξύνθετος, οὓς ἱστορῶν Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ ἔρωτος λόγῳ, ἄθλων ὧν ὁ Λευκοκόμας τῷ Εὐξυνθέτῳ προσέταξεν ἕνα φησὶν εἶναι τοῦτον.* Praeter interpunctionem hic nil mutatum est nisi quod *ἱστορῶν* scripsi, pro quo libri *ἱστορεῖ* habent; quamquam possis etiam hoc servato in sequentibus *φήσας* scribere pro *φησί*.

X 479 = 405, 4.

Τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν Ἐπιμενίδην. In articulo ante *ἐπῶν*, qui nonnihil offensionis habet, latere videtur numerus versuum, quibus poema de expiationibus constabat, e. c. *διὰ [χιλ]ίων*, vel *διὰ [δισχιλ]ίων*.

X 479 = 405, 11.

Τοῦ ποιητοῦ τὸ μὲν ἑκατόμπολιν λέγοντος τὴν Κρήτην, τὸ δὲ ἐνενηκοντόπολιν. Pro *τὸ μέν* et *τὸ δέ* scribendum videtur *τότε μέν* et *τότε δέ*. Ita innumeris locis Strabo locutus est, nunquam *τὸ μέν τὸ δέ* dixit; quamquam in eiusmodi rebus cautum esse decet; complura enim Strabo habet *ἅπαξ λεγόμενα*. Ita constanter ille dicit *κατέχειν χώραν*, at semel tamen usus est rariore dicendi genere *κατέχειν χώρας*. V. ad lib. 13 p. 611. Ex eodem genere est *ὀφρύς* masculine dictum lib. 6 p. 273, ubi vide quae annotavimus; *θέμις* indeclinabile lib. 15 p. 712; *λαγχάνειν* cum tertio casu coniunctum lib. 9 p. 443 cll. Heckero ad Anthol. p. 395.

X 480 = 406, 12.

Οὐ γὰρ δήπου Ὀδυσσεὺς μὲν ἔγνω τὸν ἀφανισμὸν τῶν πόλεων — ὁ δὲ καὶ συστρατεύσας τῷ Ἰδομενεῖ καὶ

συναναστωθεὶς οὐκ ἔγνω τὰ συμβάντα οἴκοι αὐτῷ [*οὔτε*] *κατὰ τὴν στρατείαν οὔτε τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ μετὰ τὴν ἐπάνοδον.* Priora non sunt per interrogationem efferenda, siquidem verba *οὐκ ἔγνω* suspensa sunt a superioribus *οὐ γὰρ δήπου.* Hoc igitur dicit: neque enim dicemus Ulixem quidem scivisse, Nestorem autem non scivisse. Eadem orationis forma, qua Plato frequenter usus est, ne a Strabonis quidem usu aliena est, ut lib. 1 p. 35 *οὐ γὰρ ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις ὁρᾶται φερομένη ἡ γέρανος ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὐδαμῶς.* lib. 12 p. 549 *οὐ γὰρ νῦν μὲν δυνατὸν γέγονεν ἐκ Χαλύβων Χαλδαίους λεχθῆναι, πρότερον δ' οὐκ ἐνῆν ἀντὶ Ἀλύβων Χάλυβας.* ibid. p. 553 *οὐ γὰρ διὰ σημείων μὲν τοὺς νομάδας εἴρηκε, Σκύθας δὲ οὐκ εἶπε.* Tum ut *οὔτε* ante *τὴν ἐπάνοδον* haberet quo referatur, critici alterum *οὔτε* de coniectura intulerunt. Praeterea, cum nescio quid putidi habeat distinctio inter *κατὰ* et *μετὰ τὴν ἐπάνοδον*, post alterum *οὔτε* addendum suspiceris *μετά.* Vides igitur pluribus opus esse mutationibus, ut sua istis constet ratio. Quare nescio an haec potius via ineunda sit, ut verba *κατὰ τὴν στρατείαν οὔτε τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν*, utpote et superioribus (l. 7) repetita, omittantur: nullam enim probandi vim habent, ac potius obscurant scriptoris sententiam. Ceterum non iniuria viri docti Nestoris nomen desiderant: at male id post *ὁ δὲ* addunt. Debebant certe *Νέστωρ δὲ ὁ καὶ συστρατεύσας.* Quamquam vereor ne supra potius, ubi nunc legitur *ὁ δὲ ποιητής*, olim scriptum fuerit *ὁ δὲ Νέστωρ.*

X 480 = 407, 12.

Διόπερ τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν, τοὺς δὲ τελείους † ἐν τοῖς συσσιτίοις, ἃ

καλοῦσιν ἀνδρεῖα *συσσίτια*, ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν τοῖς εὐπόροις οἱ πενέστεροι. Ex appictis crucibus et stellulis vides quantas viri doctissimi dubitationes de lectionis sinceritate moverint: eas autem nullas esse intelleges, si pro *συσσίτια* lenissima mutatione reposueris *συσσιτεῖν*.

X 481 = 408, 3.

In verbis οὓς Θάλητα ἀνευρεῖν, recte Kramerus tuetur hanc nominis formam, qua praeter Strab. p. **410, 19** etiam usus est Pausanias Att. 14, 4. Obiter moneo apud Suidam v. Θαλήτας, qui Thaletae ποιήματά τινα μυθικά assignat, pro μυθικά, quo nihil a Thaletae poesi fingi potest magis alienum, legendum videri μελικά.

X 482 = 410, 4.

Παρ' Ἀλκμᾶνι γοῦν οὕτω κεῖσθαι. Apud Cretenses ἀνδρείων nomen adhuc vigere dicit, apud Spartanos autem obsolevisse. Crediderim δ' οὖν scribendum esse pro γοῦν. Contra p. 417, 1 γοῦν scribendum pro δ' οὖν. In Alcmanis versibus ἀνδρεῖων rectius puto quam ἀνδρείων.

X 483 = 413, 4.

Ταῦτα μὲν τὰ κατὰ νόμον δῶρα· καὶ ἄλλα πλείω καὶ πολυτελῆ. Recte Groskurdum de his sensisse ostendit particula μέν, cui nihil respondet. In sequentibus verbis τοῖς δὲ καλοῖς τὴν ἰδέαν καὶ προγόνων ἐπιφανῶν ἐραστῶν μὴ τυχεῖν αἰσχρόν, recte quidem αἰσχρόν, quod libri omittunt, addiderunt critici, sed ponendum id potius ante ἐραστῶν.

X 484 = 414, 11.

Thera insula memorata sic pergit: λέγει δὲ καὶ Καλ-

λίμαχος ποτὲ μὲν οὕτως ‹Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ· ποτὲ δὲ τῆς Θήρας μνησθείς ‹μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης'. Cum his si comparaveris quae leguntur lib. 1 p. 46 *ὧν ἔνια καὶ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, ποτὲ μὲν ‹Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ' λέγων — ποτὲ περὶ Κόλχων* etc. sua sponte subnascitur suspicio, quae ex decimo libro attuli ex margine illata esse. Alterum Callimachi fragmentum glossator ex lib. 17 p. 837 petiit. Etiam in sequentibus verba *ἥ τε Ἀνάφη* delenda suspiceris.

X 485 = 417, 1.

Ἀρτεμίδωρος δ' οὖν διαριθμεῖται περὶ τῆς Ἑλένης εἰπὼν ὅτι — μέχρι Σουνίου παράκειται· ἀπὸ ταύτης γάρ, φησίν, αἱ καλούμεναι Κυκλάδες εἰσίν. Pro *δ' οὖν* scribendum esse *γοῦν* supra monui; tum ante *διαριθμεῖται* excidisse *τέ* verissime coniecit Coraes. Praeterea malim *περὶ [γὰρ] τῆς Ἑλένης — παράκειται, ἀπὸ ταύτης, φησίν, αἱ καλούμεναι Κυκλάδες εἰσίν*.

X 486 = 417, 17.

Δηλοῖ δὲ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν

ὦ Λητοῖ, σὺ μὲν ἥ με σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ,
δειλή, ἢ Γυάρῳ παρελεύσεαι αὐτίχ' ὁμοίῃ.

Mirus sane et mihi quidem vix explicabilis Aratei carminis titulus est *τὰ κατὰ λεπτόν*; nec vero quidquam hic corrupti esse docet Arati vita ed. Buhl. p. 433, ubi recensitis Arati scriptis *) haec inferuntur: *καὶ κατὰ λεπτὸν ἄλλα*. Receptum dicendi usum si sequimur, *τὰ κατὰ*

*) In his non comparet carmen *Χάριτες* inscriptum, cuius memoriam unus servavit Ptolemaeus Heph. apud Photium Bibl. p. 531, 14 *καὶ Ἀρατός φησιν ἐν Χαρίτων πρώτῃ ‹τέτλα'*.

λεπτόν carmina esse possint subtiliter et accurate elaborata. In hunc fere sensum ipse Strabo dixit lib. 17 p. 787 ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως, et Cicero Epist. ad Attic. 2, 18, ne forte quaeras κατὰ λεπτὸν de singulis rebus. Sed praestat doctiorum hominum expectare sententiam. Interim hoc unum addo; memini enim nescio quem scriptorem citari alicubi ἐν τοῖς κατὰ βραχύ, quod non multum differret ab Aratei carminis titulo; sed neque scriptoris illius nunc recordor nec loci, quo eum citatum reperi. Nec magis quaerere nunc vacat, num ad disceptandam hanc caussam pertineat λεπτολογία Arati celebrata ab Callimacho Epigr. 26. De fragmento autem illo si quaeris, fatendum est, ut nunc scriptum est, intellegi non posse. Primo versu libri fluctuant inter σὺ μένη με, σὺ μένεις με, σὺ μὲν οἶμαι, altero versu omnes habent ὁμοίην, pro δειλὴ unus δειλήν. Suspicabar:

ὦ Λητοῖ, σὺ μὲν οὔ με σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ
ἢ δειλῇ Γυάρῳ παρελεύσεαι αὐτίχ' ὁμοίην.

Quae Deli insulae verba esse mihi fingebam Latonam obtestantis, ut partum apud se deponat, quod ni faciat, Pholegandro et Gyaro se similem fore. Quod altero versu scripsi ἢ δειλῇ Γυάρῳ, satis certum videbitur reputanti qua caussa Strabo Arati versus attulerit.

X 486 = 418, 11.

Ῥήναια δ' ἔρημον νησίδιόν ἐστιν ἐν τέτρασι τῆς Δήλου σταδίοις. Post Δήλου excidisse videtur διέχον. Vix enim recte dicas genetivum similiter usurpari lib. 9 p. 436, quo de loco supra diximus. Pro τέτρασι malim τέτταρσι. Ῥήνεια pro Ῥήναια scribendum esse recte statuit Lobeckius Paral. p. 302. In sequentibus pro Κορησσία reponendum Κορησία, ut in libris aliquot legitur. Ita enim hoc nomen scribitur in titulis apud Boeckhium Oec. Att. 2 p. 349.

X 487 = 419, 17.

Σῦρος δ' ἐστὶ (μηκύνουσι τὴν πρώτην συλλαβὴν) ἐξ ἧς Φερεκύδης. Non placet haec distinguendi ratio, nisi post *μηκύνουσι* inseratur *δέ.* Sed *μηκύνουσι* dativus esse potest, ut lib. 9 p. 405 *ὁ καλούμενος Ἴσος συστέλλοντι τὴν πρώτην συλλαβήν.* In Thesauro L. Gr. Parisiensi v. *Σῦρος* citatur *Σῦρος δ' ἐστὶ μηκύνουσα.* In sequentibus, ubi de Mycono insula agitur, non tentandam puto librorum lectionem *τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους.* Cf. 6 p. 281, ubi eodem sensu habes *τοὺς περιλειφθέντας τῶν γιγάντων.*

X 488 = 421, 16.

Ἔνδοξον δὲ καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ὄρος ὁ Κερκετεὺς μᾶλλον τῆς Ἀμπέλου· αὕτη δ' ὑπέρκειται τῆς Σαμίων πόλεως. Agit scriptor de Icaria insula. Cerceteus autem et Ampelus non Icariae, sed Sami montes sunt notissimi, ex quo liquido intellegitur eos h. l. a Strabone commemorari non potuisse. Adde quod ea quae de mari Icario ceterisque continuo sese excipientibus maribus h. l. tradit scriptor, parum commode verbis istis interrumpuntur. Hinc mihi quidem non dubitandum videtur, quin ex margine irrepserint, ubi a lectore ad rem de qua agitur parum attento adscripta fuerunt.

XI 491 = 426, 15.

Ἐπεὶ δ' ἐν τῷ τοσούτῳ πλάτει τοῦ ὄρους (Taurum montem dicit) *ἀπολαμβάνεταί τινα ἔθνη — τὰ μὲν πλεονάζοντα τοῖς προσβόρροις ἐνταῦθα τακτέον, τὰ δ' ἐν τοῖς νοτίοις εἰς τὰ νότια.* Suo iure critici plerique *πλεονάζοντα* corruptum esse dixerunt; nec tamen probari potest quod cod. D inter versus a m. sec. habet *πλησιάζοντα.* Non enim de populis, qui propinqui sunt borealibus

Tauri partibus, sed qui in borealibus partibus versantur, scriptor loquitur. Iam cum in eodem libro, docente Kramero, alius verbi vestigia extent, nimirum literae λαζ, sic ut reliquae syllabae deletae sint, non male, opinor, et ad sensum percommode conicias ἐπιπολάζοντα. Ita lib. 5 p. 220 Πελασγοί vocantur ἀρχαῖόν τι φῦλον κατὰ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπιπολάσαν. Hoc reposito servari potest praepositio ἐν ante τοῖς νοτίοις, siquidem ἐπιπολάζειν recte cum praepositione coniungitur. V. Strabonem lib. 13 p. 61, 1. Kr.

XI 494 = 432, 15.

Μέχρι πρὸς τὴν Κοροκονδάμην καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῇ κωμίον τῆς Παντικαπαίων γῆς, ᾧ ὄνομα Ἄκρα, ἑβδομήκοντα σταδίων διειργόμενον πορθμῷ. In his ᾧ ex Corais coniectura additum est. Sufficit Ἄκραν scribere. Tum pro διειργόμενον fortasse praestat scribere διειργόμενα, sc. Κοροκονδάμην et κωμίον Ἄκραν.

XI 496 = 436, 26.

Εἶτα τὸν Πιτνοῦντα τὸν μέγαν. Num igitur etiam Πιτνοῦς μικρός esse ferebatur? Atqui hunc nec Strabo memorat nec alius quod sciam scriptor. Quare *ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ* e *ΤΟΝΛΙΜΕΝΑ* corruptum suspicor. Paulo supra l. 22 pro τοῦ Κριοῦ μετώπῳ nescio an debeat τῷ Κριοῦ μετώπῳ.

XI 498 = 439, 5.

Ἀγαθὴ δ' ἐστὶν ἡ χώρα (Colchica) *καὶ καρποῖς πλὴν τοῦ μέλιτος — καὶ τοῖς πρὸς ναυπηγίαν πᾶσι· πολλήν τε γὰρ καὶ φύει καὶ ποταμοῖς κατακομίζει, λίνον τε ποιεῖ πολὺ καὶ κάνναβιν.* Desiderari vocabulum ὕλην recte intellexit Coraes, cui tamen non assentior id post πολλὴν

loco particulae τε infercienti; melius Kramerus πολλήν τε γὰρ ὕλην καὶ φύει etc. Fortasse tamen ipsum illud πολλὴν ex ὕλην corruptum est. In sequentibus: καὶ γὰρ εἰς τοὺς ἔξω τόπους ἐπεκόμιζον, pro ultima voce malim ἐξεκόμιζον. Mox memorat Leucotheae fanum, olim opulentum, sed postea a Pharnace et Mithridate spoliatum; quibus subiciuntur haec: κακωθείσης γὰρ χώρας, νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν οὐδὲ τιμᾶσθαι φιλεῖ' φησὶν Εὐριπίδης. Quae ad meum sensum ineptissime hoc loco inculcantur, quamquam ea ab ipso Strabone adiecta esse non praefracte negaverim.

XI 499 = 440, 16.

Περὶ δὲ τὴν Διοσκουριάδα ῥεῖ ὁ Χάρης ποταμός. De Dioscuriade quae dicenda erant, iam supra Strabo exposuit conclusitque narrationem suam verbis: ταῦτα μὲν δὴ τὰ περὶ τὴν Διοσκουριάδα p. 438, 16. Quo magis mireris scriptorem eodem denuo redire. His si addideris particulam δέ ab editoribus demum adiectam esse ut aliquo vinculo haec cum ceteris connecterentur, non dubitabis quin haec de Charete fluvio, a nemine praeterea memorato, in marginem sint reicienda.

XI 499 = 441, 5.

Quae hoc loco de venenatis Soanum spiculis leguntur, cum ne sic quidem, ut a criticis conformata sunt, a Strabone, sanae mentis homine, scribi potuisse apertum sit, praestabit, opinor, quamvis corruptissimas librorum lectiones revocare.

XI 499 = 441, 11.

Καὶ δὴ καὶ ἥ γε Ἰβηρία καὶ οἰκεῖται καλῶς τὸ πλέον πόλεσί τε καὶ ἐποικίοις. Ita libri. Sed καὶ δὴ καὶ hic

quidem ferri non magis potest quam alterum *καί* ante *οἰκεῖται*. Nec tamen hoc delendum videtur, sed scribendum potius *καὶ δὴ ἥ γε Ἰβηρία κατοικεῖται καλῶς*. Cf. Sophocles OCol. 1008 *τὰς Ἀθήνας ὡς κατῴκηνται καλῶς*. Quae statim inferuntur verba, in iis aut cum Corae *τάς* ante *στέγας* addendum est, aut quod malim *τήν* ante *τῶν οἰκήσεων* delendum. Ibidem *τἄλλα κοινά* significat e t c a e t e r a, q u i b u s u r b e s i n s t r u c t a e e s s e s o l e n t, p u b l i c a a e d i f i c i a.

XI 501 = 443, 22.

Ἓν μὲν καὶ πρῶτον (γένος) ἐξ οὗ τοὺς βασιλέας καθιστᾶσι κατ' ἀγχιστείαν τε καὶ ἡλικίαν τὸν πρεσβύτατον. Nescio an *ἀεὶ* exciderit post *καθιστᾶσι*, sive potius post *ἡλικίαν*.

XI 501 = 444, 24.

Εἰς στόματα δώδεκά φασι μεμερίσθαι τὰς ἐκβολάς, τὰ μὲν τυφλὰ τὰ δὲ παντελῶς ἐπιγελῶντα καὶ μηδὲ ὕφορμον ἀπολείποντα. Virorum doctorum coniecturis accedat haec nostra, qua *ἐπίπεδα ὄντα* pro *ἐπιγελῶντα* scribendum arbitror: *ἐπίπεδος* de humili litore dixit incertus apud Bekkerum Anecd. gr. p. 1313 *αἰγιαλὸς ἐπίπεδος καὶ ὁμαλός*, de fluvio, cuius altitudinem iniectus agger depressit, scholiastes Theocriti Idyll. 1, 116 *ἔχωσε τὸν ποταμὸν καὶ ἐπίπεδον ἐποίησε*.

XI 502 = 445, 14.

Ἀνέαστον καὶ ταῦτα οὐδὲ σιδήρῳ τμηθεῖσαν. Groskurdus *καὶ ταῦτα* ante *ἀνέαστον* transponit, non improbante Kramero. Vulgatum ordinem tuetur ipse Strabo 2 p. 70 *πρὸς δύο καὶ ταῦτα ἄνδρας συμφωνοῦντας ἀλλήλοις*. Item lib. 6 p. 285 *ἐν τοιαύτῃ καὶ ταῦθ' ὑποθέσει*.

Denique lib. 15 p. 709 *ἀγράφοις καὶ ταῦτα νόμοις χρώμενοι* et p. 780 *ἐν τοιούτοις καὶ ταῦτα χωρίοις.* Neque hunc dicendi usum Straboni proprium esse, ostendit Diodori, poetae comici, locus apud Stobaeum Flor. 72, 1 *τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα μέτοχον τοῦ βίου.*

XI 502 = 446, 20.

Quae hoc loco de Caspiana, parte Iberiae, et de aditu ex Iberia in Albaniam per regionem Cambysenam leguntur, institutam narrationem incommode interrumpant, ut quo consilio addita sint nullo modo possit intellegi. Qua re si ab ipso Strabone ista scripta sunt, necessario in alium locum transferenda sunt. Nec aliter iudico de iis quae leguntur p. 503 = 447, 7 inde a verbis *φέρει δ' ἡ γῆ* usque ad *πόθῳ τῶν οἰκείων.* Suspecta item et iam ab aliis in dubitationem adducta sunt quae habes p. 503 = 448, 2 usque ad *καταλιπεῖν,* et quae leguntur p. 504 = 449, 19.

XI 505 = 451, 13.

Καὶ τὰ πρὸς τὸ ἔνδοξον θρυληθέντα κἂν ὡμολόγηται παρὰ πάντων. Kramerus tentat *οὐκ ἂν ὡμολόγητο.* Scribendum potius *οὐκ ἀνωμολόγηται,* ut verissime legitur in epit. Vaticana. Verbum *ἀνομολογεῖσθαι* ita habes apud Plutarchum Per. 39 *ἀνωμολογοῦντο μετριώτερον ἐν ὄγκῳ καὶ σεμνότερον ἐν πρᾳότητι μὴ φῦναι τρόπον.* Adde Stephanum Byz. p. 46, 15 *ἐκεῖ γὰρ ἀνωμολόγηται ταῦτα,* et Scholiastam Euripidis Orest. 1632. *Πολέμων δὲ καὶ ἐν τῷ δ̄ τῶν πρὸς Ἀναξανδρίδην τὴν τοῖν δυοῖν ἀστέροιν ἐπιφάνειαν τῶν Διοσκούρων ἀνωμολογῆσθαι.* In sequentibus apud Strabonem verbis recte libri habent *καὶ Καύκασον,* cui respondet postea *καὶ ἐνταῦθα ἐμύθευσαν.*

XI 507 = 455, 15.

Ἐὰν ἐν ἱστορίας σχήματι λέγωσιν ἃ μηδέποτε εἶδον μήτε ἤκουσαν ἢ οὐ παρά γε ἰδόντων, σκοποῦντες δι' αὐτὸ δὲ μόνον τοῦτο ὅ τι ἀκρόασιν ἡδεῖαν ἔχει. Scribendum *ἃ μηδέποτε [μήτε] εἶδον*, quamquam possis etiam lenius *μηδὲ ἤκουσαν*. Tum malim *σκοποῦντες δὲ αὐτὸ μόνον τοῦτο*, praeeunte Corae, qui scripsit *σκοποῦντες αὐτὸ μόνον τοῦτο.*

XI 508 = 458, 2.

Καὶ διὰ τὸ μὲν εἶδος τῆς εὐδαιμονίας σημεῖα ἡγοῦνται· ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος μετρητὴν οἴνου φέρει. Horum priora epit. Vat. ita scripta exhibet *σημεῖα δὲ τῆς εὐδαιμονίας· ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος* etc. quo nihil verius. In vulgata scriptura verba *καὶ διὰ τὸ μὲν εἶδος* nil esse videntur nisi dittographia vocis *εὐδαιμονίας*. Tum *ἡγοῦνται*

ἡ γοῦν

ortum videtur ex hoc *ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος*.

XI 509 = 458, 15.

Μακεδόνες δ' ὀλίγον μὲν χρόνον ἐπῆρξαν, καὶ ἐν πολέμοις ὄντες καὶ τὰ πόρρω σκοπεῖν οὐ δυνάμενοι. Particulam *μὲν* ferri non posse vidit Coraes; non tamen delendam puto, sed fortasse scribendum *ἀλλ' ἐν πολέμοις*.

XI 509 = 459, 19.

Ἐπειδὴ γὰρ ὡμολόγητο ὅτι διείργει τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὁ Τάναϊς ποταμὸς — στρατηγεῖν δ' ἔγνωστο ὥστε τῇ φήμῃ γε κἀκείνων δόξαι τῶν μερῶν κρατεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· εἰς ἓν οὖν συνῆγον τήν τε Μαιῶτιν λίμνην etc. Coraes apodosin a *στρατηγεῖν* ordiri ratus, *δὲ* ante *ἔγνωστο* delevit. Vereor ut recte; delendum potius videtur *οὖν* ante *συνῆγον*.

XI 510 = 461, 4.

Προϊόντι ἐπὶ τὴν ἔω δεξιὰ μέν ἐστι τὰ ὄρη. Pro *δεξιὰ* cum E habeat *δεξιᾷ*, Kramerus *ἐν δεξιᾷ* coniecit. Ac dubitatum est a viris doctis num *δεξιᾷ* sic sine praepositione dici possit, quam in rem L. Dindorfius attulit Diodorum Sic. 13, 110 *δεξιᾷ ἔχοντες τὴν πόλιν*, ubi scribi potest *δεξιάν*. Certius exemplum praebere videtur Strabo 11 p. 521 = 480, 18, ubi cum in iis quae proxime antecedunt *ἐν δεξιᾷ* et *ἐν ἀριστερᾷ* dixisset, sic pergit: *δεξιᾷ δὲ ταῦτα ἀφείς, ἀριστερᾷ δὲ τὴν Ἀκιλισηνήν*, quamquam haec quoque ad communem dicendi usum revocari possunt scribendo *δεξιὰ* et *ἀριστεράν*.

XI 515 = 470, 15.

Τὰ δὲ πεδία ποταμοῖς διαρρεῖται· ποτίζουσι δ' αὐτὰ τὰ μὲν τῷ Ἀρίῳ τὰ δὲ τῷ Μάργῳ. In his mirifice dictum est *ποτίζουσι*, quod grammatica ratio de incolis intellegi postulat. Cui incommodo haec medetur scriptura *τὰ δὲ πεδία ποταμοῖς διαρρεῖται ποτίζουσιν αὐτά, τὰ μὲν τῷ Ἀρίῳ* etc. Gravius affecta sunt sequentia: *ὁμορεῖ δὲ ἡ Ἀρία τῇ Βακτριανῇ καὶ τὴν ὑποστᾶσαν ὄρει τῷ ἔχοντι τὴν Βακτριανήν*, quorum certum remedium frustra circumspexi. Suspicor tamen in corrupto *τὴν ὑποστᾶσαν* Paropamisi montis nomen latere; nec *ἔχοντι* sanum videtur. Num *διέχοντι* fuit? In sequentibus urbes Asiae memorantur *Ἀρτακάηνα καὶ Ἀλεξάνδρεια καὶ Ἀχαΐα, ἐπώνυμοι τοῖς κτίσασι.* Ita libri meliores *Ἀρτακάηνα*, ceteri fere *ἀρτάκακνα* vel *ἀρτάκνα* vel *ἀρτάκανα*. Conditoris nomen fuit *Ἀρτάκης*, ex quo formari potest *Ἀρτακηνὴ* sive genere neutro *Ἀρτακηνά*. Quis autem est ille, qui Achaiam condidisse fertur, Achaeus?

XI 516 = 472, 11.

Ζαριάσπαν ἣν διαρρεῖ ὁμώνυμος ποταμὸς ἐκβάλ-

λων εἰς τὸν Ὦξον. Ita libri, vulgo *ἐμβάλλων.* Sed *ἐκβάλλειν* non memini fluvium dici nisi in mare influentem. Itaque malim *εἰσβάλλων.*

XI 517 = 473, 6.

Οὐ πολὺ διέφερον τοῖς βίοις καὶ ἤθεσι τῶν νομάδων. Scribendum videtur *ἔθεσιν.* In sequentibus ex Onesicrito de canibus narrat scriptor, quibus veteres Bactriani capitulares senes devocandos obiecerint: *τρεφομένοις κυσὶν ἐπίτηδες πρὸς τοῦτο, οὓς ἐνταφιαστὰς καλεῖσθαι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ.* Quae percommode adhiberi possunt Sophocleis in Elect. 1480 de Aegistho canibus obiciendo: *κτεῖνε καὶ κτανὼν πρόθες ταφεῦσιν, ὧν τόνδ' εἰκός ἐστι τυγχάνειν.* Nec alienum illud Gorgiae *γῦπας ζωὸν τάφον* dicentis apud Longinum Subl. cap. 3, vel hoc Ennii Ann. 11, 34 de volturio, Metii corpus dilacerante, heu quam crudeli condebat membra sepulcro. Quem epilogum Strabo suae de ista Bactrianorum barbarie narrationi addit, multis laborat difficultatibus, quarum partem Kramerus felicissima emendatione sustulit, *Κείων* reponens pro *οἰκείῳ.* Pro *ποιεῖν* malim *ὑπονοεῖν* quam quod Tyrwhitto placuit *νοεῖν.* Praeterea *ἦν* post *εἰκὸς* delendum videtur. Set totius loci medela feliciorem manum requirit.

XI 518 = 474, 24.

Τὸν δὲ διὰ τῆς Σογδιανῆς ῥέοντα ποταμὸν καὶ Πολυτίμητον Ἀριστόβουλος, τῶν Μακεδόνων θεμένων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ τὰ μὲν καινὰ ἔθεσαν τὰ δὲ παρωνόμασαν. Non sufficit quod Coraes posuit *ποταμὸν καλεῖ Πολυτίμητον.* Mihi in *καὶ* illud fluvii nomen latere videtur quo eum indigenae appellabant. Ante *θεμένων* excidisse *τοὔνομα* intellexit Casaubonus; facilius quidem

ὄνομα supplevit Kramerus, sed ex constanti usu scribendum *τοὔνομα*. Tum non sine offensione est *καινὰ ἔθεσαν*, pro quo *ἔθεντο* expectabam, praesertim cum *θεμένων* praecedat.

XI 524 = 485, 12.

Ἀρταουάσδης, ὃν εἰκὸς ἐκεῖνος ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ σύμβουλον ἐποιεῖτο. Non assentior iis qui *εἰκὸς* ex proximo *ἐκεῖνος* natum esse et delendum censent. Scribendum potius *εἰκῇ*, temere et inconsulto.

XI 528 = 492, 16.

Πολλάκις καὶ συνοδίας ὅλας τῶν ὀρῶν ἐν τῇ χιόνι καταπίνεσθαι, Non male Kramerus *τῶν ὀρῶν* ex praecedentibus repetitum ideoque delendum putat. Nisi praestat *τῶν* [*ὁδοιπ*]*όρων* scribere, vel cum Corae *τῶν* [*ἐμπ*]*όρων*. Quae sequuntur, *ἔχειν δὲ καὶ βακτηρίας πρὸς τοὺς τοιούτους κινδύνους παρεξαίροντας — τοῦ διαμηνύειν τοῖς ἐπιοῦσιν ὥστε βοηθείας τυγχάνειν, ἀνορύττεσθαι καὶ σώζεσθαι,* eorum nullam video syntaxin, nec apparet unde pendeant infinitivi *ἀνορύττεσθαι καὶ σώζεσθαι*. Apparebit vero, si inter *κινδύνους* et *παρεξαίροντας* inseras *ἅς*.

XI 528 = 493, 3.

Ἐν δὲ τῇ χιόνι βώλους πήγνυσθαί φασι, κοίλας, περιεχούσας χρηστὸν ὕδωρ ὡς ἐν χιτῶνι, καὶ ζῷα δὲ ἐν αὐτῇ γεννᾶσθαι· καλεῖ δὲ σκώληκας Ἀπολλωνίδης, Θεοφάνης δὲ θρῖπας· κἀν τούτοις ἀπολαμβάνεσθαι χρηστὸν ὕδωρ, περισχισθέντων δὲ τῶν χιτώνων πίνεσθαι. In vermibus istis cossisve aquam contineri potabilem portenti simile est et nisi ab insipiente scribi non potuit. Ineptum etiam quod in prima loci parte legitur, glebas istas, quas in

nive gigni dicit, aquam continere ὡς ἐν χιτῶνι, tanquam in tunica, quasi usus ita tulisset, ut aqua in tunicis asservaretur. Has difficultates non video qua quis alia ratione tollere possit, nisi ut verbis περιεχούσας χρηστὸν ὕδωρ ὡς ἐν χιτῶνι, quae ex sequentibus male intellectis a sciolo addita sunt, in marginem reiectis, reliqua in hunc modum transponantur: ἐν δὲ τῇ χιόνι βώλους πήγνυσθαί φασι κοίλας, κἂν ταύταις *) ἀπολαμβάνεσθαι χρηστὸν ὕδωρ, περισχισθέντων δὲ τῶν χιτώνων πίνεσθαι. Tunicas, χιτῶνας, dicit corticem seu crustam illarum glebarum glaciatam. His demum inferuntur quae de animalculis istis nivalibus legimus καὶ ζῷα δὲ ἐν αὐτῇ γεννᾶται — θρῖπας, quarum genituram ex nive in sequentibus comparat cum bestiolis, quae ex igni nata veteres fabulantur, οἵαν τὴν τῶν κωνώπων ἐκ τῆς ἐν τοῖς μετάλλοις φλογὸς καὶ τοῦ φεψάλου. Eandem rem attigit Sextus Emp. Pyrrh. p. 11, 20 τῶν χωρὶς μίξεως γινομένων τὰ μὲν ἐκ πυρὸς γίνεται, ὡς τὰ ἐν ταῖς καμίνοις ζωΰφια. Ita enim rectissime Bekkerus emendavit librorum scripturam ζωόφυτα. Narrabantur haec maxime de metallis Cypriis. Cf. Aristoteles AH. 5, 18. Plinius NH. 11, 36. Seneca Quaest. Nat. 5, 6.

XI 529 = 494, 10.

Artaxatorum, Armeniae urbis, situm ita describit: κεῖται δ' ἐπὶ χερρονησιάζοντος ἀγκῶνος, τὸ τεῖχος κύκλῳ προβεβλημένον τὸν ποταμὸν πλὴν τοῦ ἰσθμοῦ, τὸν ἰσθμὸν δ' ἔχει τάφρῳ καὶ χάρακι κεκλεισμένον. Haec nego intellegi posse, nisi post τεῖχος addatur quod facillime excidere potuit ἔχουσα.

---

*) Ita pro τούτους scripsi propter κοίλας. Sed fortasse κοίλους scribendum et τούτοις revocandum. Etiam lib. 12 p. 577 = 581, 18 ex epit. Vat. receperim μικροὺς βώλους. Cf. 540 = 515, 14.

XI 529 = 496, 17.

Μέταλλα δ' ἐστὶ χρυσοῦ κατὰ τὰ Κάβαλλα, ἐφ' ἃ Μένωνα ἔπεμψεν Ἀλέξανδρος μετὰ στρατιωτῶν, ἀνήχθη δ' ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. De *ἀνήχθη* multae prostant sed parum felices criticorum coniecturae. Strabo scripserat *ἀπήγχθη*, strangulatus est. *Κάβαλλα* recte Kramerus ex codd. restituit pro *Κάμβαλλα*. Eiusdem nominis castellum in Lycaonia apud Iconium situm commemorat Cinnamus Hist. 2, 5.

XII 538 = 512, 6.

Πεδίον οἰκοῦντες λόφους ὑπερδεξίους ἔχον καὶ ἐμβελεῖς. Sententiam requirere *οὐκ ἐμβελεῖς* recte intellexerunt viri docti; nec tamen negationem hanc addiderim, vel pro *καὶ* rescripserim; corrigendum potius videtur *ἐκβελεῖς*, sive malis *ἀνεμβελεῖς*, quod compositum, quamquam alias non legitur, satis defenditur similibus, qualia sunt *ἀνελλιπής ἀνενδεής*, alia.

XII 542 = 522, 1.

Ἐξίησι, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον, εἰς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. Pro *ἐξίησι* libri *ἔξεισι* et *ἐξίεισι*. Scribendum igitur *ἐξίει* et *ἐς* pro *εἰς*. Ipsa enim Herodoti verba afferri docet ionicum *καλεόμενον*.

XII 545 = 523, 14.

Ὁ δὲ Αἰγιαλὸς ἔστι μὲν ἠὼν μακρὰ πλειόνων ἢ ἑκατὸν σταδίων. Pro centenario stadiorum numero Strabo maiorem videtur posuisse. Decem milia stadia ponit Schol. Apollonii Rhod. 2, 945 *ἔστι γὰρ Αἰγιαλὸς σταδίων μυρίων κάμψαντι τὴν Κάραμβιν μέχρι Σινώπης*, qui quidem etiam in eo dissentit a Strabone, quod Aegialum inter Carambin et Sinopen ponit, Strabo autem inter Amastrin et Carambin.

XII 545 = 524, 5.

Ἀρμένη ἐφ' ᾗ παροιμιάζονται „ὅστις ἔργον οὐδὲν εἶχεν Ἀρμένην ἐτείχισεν'. Fefellit editores ineptissimum epitomatoris iudicium: *ἔστι τὸ μέτρον ἰαμβικόν*, quod pessimas eoniecturas provocavit. Verissima librorum scriptura.

XII 549 = 531, 4.

Τοῖς δὲ θαλαττουργοῖς (βίος ἐστὶν) ἐκ τῆς ἁλιείας καὶ μάλιστα τῶν πηλαμύδων καὶ τῶν δελφίνων· ἐπακολουθοῦντες γὰρ ταῖς ἀγέλαις τῶν ἰχθύων πιαίνονταί τε καὶ εὐάλωτοι γίνονται. Haec postrema cum ad solos delphinos referenda sint, suspicari possis in prioribus scribendum esse: *ἁλιείας τῶν πηλαμύδων καὶ μάλιστα τῶν δελφίνων.* In sequentibus si recte scripsi *δελεαζομένους* (pro *δελεαζόμενοι οὓς*), quod recepit Kramerus, *μόνοι* quod statim post *οὓς* infertur, in *μὲν οὖν* mutari vix poterit; delendum potius videri potest, utpote ex ultimis syllabis participii *δελεαζόμενοι* natum. Fortasse igitur ita scribendum: *δελεαζομένους οὖν οὗτοι κατακόπτουσι.* Nisi forte praestiterit: *εὐάλωτοι γίνονται διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ γῇ προαλέστερον δελεαζόμενοι· ἄσμενοι οὖν κατακόπτουσι τοὺς δελφῖνας.*

XII 553 = 538, 4.

Ἐν τῇ Βαμωνίτιδι καὶ Πιμολίτιδι. Priori nomini substituendum est, quod iam Coraes commendavit, *Φαζαμωνίτιδι.* Pro *Πιμολίτιδι* autem scribendum *Πιμωλισίτιδι.* Urbis enim nomen fuit *Πιμώλισα* (Strab. 12 p. 562. Stephanus Byz. p. 523, 14), a quo si provinciae nomen formandum est, apertum est id non aliter formari posse quam *Πιμωλισῖτις* vel *Πιμωλισηνή*, quod habes p. 553, 17.

XII 554 = 540, 3.

Ἐκ πάντων δὲ τῶν τοιούτων δῆλόν ἐστι. Videntur haec mihi leviter corrupta esse. Fort. scribendum *ἐκ πάντων δὲ [τούτων καὶ] τῶν τοιούτων*, ut legitur 10 p. 464 *ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διακριβοῦν εἰώθαμεν*, aliisque locis.

XII 555 = 541, 10.

Ὁ μὲν δὴ τοιοῦτος ἔλεγχος ψευδής ἐστιν, ὁ δ' ἀληθής, ὅταν δεικνύηται ψεῦδος λεγόμενόν τι. Ita nunc ex Corais coniectura editum est, cum libri recte habeant *δείκνυται.* Hanc enim coniunctivi formam, ab editoribus plerumque obliteratam, cuius pauca quaedam e Platone et Luciano exempla Buttmannus attulit, ab antiquissimis inde scriptoribus ad novissimos usque in usu fuisse liquido demonstrari potest. Apud Homerum Odyss. *ω*, 87 sqq. haec leguntur:

ἤδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησας
ἡρώων, ὅτε κέν ποτ' ἀποφθιμένου βασιλῆος
ζώννυνταί τε νέοι καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα.

In quibus cum insolentissima sit particularum *ὅτε κεν* cum indicativo coniunctio, non dubium est quin critici *ἐπεντύνωνται* scripturi fuissent, si *ζώννυνται* coniunctivum esse intellexissent. Homero proximus est Hesiodus Scut. 374 sqq.

ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο
πέτραι ἀποθρώσκωσιν ἐπ' ἀλλήλαις δὲ πέσωσιν,
πολλαὶ δὲ δρῦς ὑψίκομοι πολλαὶ δέ τε πεῦκαι
αἴγειροί τε τανύρριζοι ῥήγνυνται ὑπ' αὐτῶν
ῥίμφα κυλινδομένων.

Ubi mihi quidem non dubium est quin *ῥήγνυνται* pro coniunctivo habendum sit. Sequitur Hipponax, cuius hos versus posui in fragmentis Poet. Choliamb. p. 105:

οὔτ' ἀσκέρῃσι τοὺς πόδας δασείῃσιν
ἔκρυψας, ὡς μή μοι χίμετλα ῥήγνυται.

Quae frustra olim attentavi, Nicolaus Damascenus Fragm. 68 p. 408 ed. Müll. *ἔλθετε νῦν γε ἡμῖν βοηθοί, καὶ* (imo *ὡς*) *μὴ συναπόλλυται Κροίσῳ πᾶσα ἀνθρώπων εὐσέβεια.* Themistius Orat. 1 p. 5 *ὅταν γὰρ ἔχῃ τὴν βασιλέως ψυχὴν καὶ ἅπαντα ὁμοῦ τὰ ἀγαθὰ συνειληφυῖα δείκνυται,* quorum priora etsi mendum traxisse videntur, *δείκνυται* tamen non attrectandum est. Denique anonymus scriptor in Walzii Rhetor. vol. 7 p. 1042, 10 *κἂν οἱ γραμματικοὶ διαρρήγνυνται τηνάλλως ληροῦντες.*

XII 560 = 550, 9.

Μετὰ μὲν οὖν τὴν Ἀμισηνῶν — ἡ Φαζημωνῖτίς ἐστιν, ἣν Πομπήιος Νεαπολῖτιν ὠνόμασε κατὰ Φαζημῶνα κώμην, ἀποδείξας τὴν κατοικίαν καὶ προσαγορεύσας Νεάπολιν. Locus varie tentatus fortasse ita corrigendus est: *ὠνόμασε παρὰ Φαζημῶνα κώμην,* [*πόλιν*] *ἀποδείξας τὴν κατοικίαν,* Phazemonitin Pompeius Neapolitin appellavit a Phazemone vico, posteaquam *τὴν κατοικίαν* (i. e. Phazemonem vicum) ad urbis dignitatem evexit et Neapolin vocavit.

XII 568 = 566, 10.

Τῆς δὲ Λυκαονίας ἐστὶ καὶ ἡ Ἰσαυρικὴ πρὸς αὐτῷ τῷ Ταύρῳ ἡ τὰ Ἴσαυρα ἔχουσα, κώμας δύο ὁμωνύμους, τὴν μὲν Παλαιὰν καλουμένην, [*τὴν δὲ*] *Εὐερκῆ.* In his quod nunc legitur *ἡ τὰ Ἴσαυρα,* ex Corais coniectura repositum est. Libri enim habent *εἶτα Ἰσαυρία,* cui quod Groskurdus substituit *ἡ τὰ* [*Ἴσαυρα καὶ τὴν*] *Ἰσαυρίαν,* ut alter vicus Isaura alter autem Isauria dictus fuerit, vel eam ob causam probari non potest, quod Strabo *κώμας* illas *ὁμωνύμους* vocat, *Ἴσαυρα* autem et *Ἰσαυρία* ex hu-

ius scriptoris usu ὁμώνυμα dici non possunt. Ad reliqua quod attinet, hoc primum animum advertit, quod castella illa, utraque Isaura dicta, ita distincta fuisse dicuntur, ut alterum ἡ παλαιά alterum Εὐερκής, genere feminino, appellata fuerint. Tum mirum sane castelli nomen videri debet Εὐερκής, praesertim cum veteri opponitur; pro quo quis non potius τὴν νέαν expectaret? Hinc non multum fidei tribuendum esse intellegitur supplemento τὴν δέ, quod ex cod. x receptum est. Strabo scripserat sine dubio τὴν μὲν παλαιάν, [τὴν δὲ νέαν] εὐερκῆ. De genere autem quam movi dubitationem, ea ita tolli posse videtur ut Ἴσαυρα feminino genere a Strabone dictum existimetur, id quod etiam Charax fecerat teste Stephano Byz. p. 337, 13 Ἰσαυρία, μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ· καὶ πόλις Ἴσαυρα οὐδετέρως, Χάραξ δὲ θηλυκῶς. Scribendum igitur videtur ἡ τὰ Ἰσαύρα ἔχουσα, numero duali, eandemque correctionem etiam sequentibus adhibendam puto, ubi nunc legitur: ἐφ' ἡμῶν δὲ καὶ τὰ Ἴσαυρα (Ἰσαύρα) καὶ τὴν Δέρβην Ἀμύντας εἶχεν, ἐπιθέμενος τῷ Δερβήτῃ καὶ ἀνελὼν αὐτόν, τὰ δ' Ἴσαυρα (Ἰσαύρα) παρὰ τῶν Ῥωμαίων λαβών· καὶ δὴ καὶ βασίλειον ἑαυτῷ κατεσκεύαζεν ἐνταῦθα, τὴν παλαιὰν Ἰσαυρίαν (Ἴσαυραν) ἀνατρέψας. Quorum verborum postrema plane sententiam nostram confirmant: nam de eo dubitari non potest quin Ἰσαυρίαν vitiosum sit, qua forma nullus unquam scriptor de oppido vel castello usus est. Praeterea semel Isaura memorat Strabo lib. 14 p. 668 πλευρῶν τῶν περὶ Ἴσαυρα καὶ τοὺς Ὁμοναδέας, ubi nil obstat quo minus genere neutro dictum existimetur.

XII 577 = 582, 9.

Ἐντεῦθεν δ' ἤδη γενόμενος [μέγας] Μαίανδρος τέως μὲν διὰ Φρυγίας φέρεται κτέ. In superioribus de Marsya

amne locutus est scriptor, quem cum πρὸς τὸν Μαίανδρον συμβάλλειν dixisset, ipsa illa quae adscripsi verba infert, quibus μέγας, quod alii ante γενόμενος excidisse sibi persuaserunt, Kramerus autem ante Μαίανδρος supplere maluit, iniuria intrusum arbitror. Strabo enim nihil aliud dicere videtur quam Marsyam abhinc, i. e. postquam in Maeandrum influxit, suum nomen amittere et Maeandrum appellari. Simillimus locus legitur lib. 4 p. 186=290, 9 de Arare fluvio, qui in Alpibus ortus παραλαβὼν ὕστερον τὸν Δοῦβιν — ἐπικρατήσας τῷ ὀνόματι καὶ γενόμενος ἐξ ἀμφοῖν Ἄραρ συμμίσγει τῷ Ῥοδανῷ.

XII 579=585, 16.

Ἀπὸ Κελαινοῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἐκ Κελαινοῦς γενομένου κεκλῆσθαι τὴν πόλιν ὁμώνυμον. Celaenas, Phrygiae urbem, dicit, quae non ὁμώνυμος Celaeno dicenda erat, sed ἐπώνυμος. Diligentissime hoc discrimen observavit Strabo. Cf. lib. 8 p. 349, ubi de Κυπαρισσία et Κυπαρισσήεις agitur. Adde quae dixi ad 12 p. 568 et ad 13 p. 588. Scribendum igitur ἐπώνυμον. Recte autem dici ἐπώνυμος ἀπό τινος docet Dionysius Hal. AR. 1, 17 ἀφ' οὗ τῶν ἑπτὰ λόφων τις ἐπώνυμος ἐγένετο, et Scymnus Per. 547 ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός, et 704 ἔκτισεν ἐπώνυμον Λυσίμαχος ἀφ' ἑαυτοῦ πόλιν.

XII 580=586, 11.

Ἡ δὲ μεταξὺ Λαοδικείας καὶ Ἀπαμείας λίμνη καὶ βορβορώδη καὶ ὑπόνομον τὴν ἀποφορὰν ἔχει πελαγία οὖσα. Iure suo critici dubitant de sinceritate vocis ὑπόνομος, cui Coraes ὑπόνοσον, Kramerus autem ἐπίνοσον substituendum coniciunt. Utroque aptius forsitan fuerit ὑπολέθριον. At praestat opinor ὑπονόμου scribere, cloacinum vaporem habet, de quo usu genetivi v. Lobeckii Paral. p. 514 sq.

XII 580 = 586, 23.

Non crediderim post *Βερέκυντες* excidisse Cerbesiorum nomen. Ne abruptam quidem orationem dixerim, quae ita procedit: commemorantur quaedam Phrygiae gentes, quarum nullum extat vestigium, ut Berecyntes; et cum Alcman poeta *Κερβήσιον μέλος* memoret, id ipsum indicio est, fuisse olim etiam Cerbesiorum populum. Ceterum gentis huius tenue quidem, at vestigium tamen superest in hac glossa Hesychii, *Κιρβιαῖον ἔθνος ἐχόμενον Λυδῶν*, ex qua fortasse etiam in Alcmanis fragmento apud Strabonem *Κιρβήσιον* scribendum est; libri enim fere habent *Κειρβήσιον* pro edito *Κερβήσιον*. In sequentibus Aeschyli ex Niobe versus afferuntur ita in libris scripti:

> *σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν*
> *Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος*
> *Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν*
> *ἕρπουσι μήλων πᾶν δ' ἐρέχθει πέδον.*

Horum versuum postremus vix dici potest quantopere criticorum studia frustra exercuerit. In *ἕρπουσι*, quod Casaubonus *βρέμουσι* scripsit, libri consentiunt omnes, pro *ἐρέχθει* autem, quod in tribus libris *ἐρέχθεον* scriptum est, peiores habent *ὀρεχθεῖ*, quod qui probavit Lobeckius Aglaoph. p. 1216 a poeta scriptum esse suspicatur *πᾶν δ' ὀρεχθεῖ δάπεδον*, sive potius *γάπεδον*. Eam enim genuinam huius vocis scripturam esse ubi prima producenda est, cum Porsono existimo. Sed illa coniectura numeros infert a tragoedia alienos, quo accedit quod verbum *ὀρεχθεῖν*, quo Homerus pro *σφαδάζειν* usus esse videtur, vix satis apte dictum esse videbitur de campo mugitibus personante. Quodsi verbum in corrupto illo *ἐρέχθει* latet, coniecerim *ἐρέχθεται*. At vide ne scribendum sit:

. . . ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος
Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασι
πρέπουσι μήλων πᾶν τ' Ἐρέχθειον πέδον.

Dicit igitur Tantalus tenere sese Berecyntium agrum, ubi Adrastea urbs et Ida totusque campus Erechtheus gregibus abundat. Ab extremis ut ordiar, Erechtheum campum sive agrum intellego Dardaniam, quam Dardano mortuo Erichthonius tenuit, ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων, τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο, ut est apud Homerum Il. ύ 220. Cf. Analecta Alex. p. 357. Erechtheus autem et Erichthonius variae sunt eiusdem nominis formae. Ita qui Erichthonius appellatur a plerisque ὁ πρῶτος ἵππων ἅρμα ζεύξας, Erechtheus dicitur Themistio Or. 27 p. 337. Cf. Schol. Ven. Homeri Il. β' 547. Porro Ἀδραστείας ἕδος non de templo Adrasteae vel statua, ut Walzius de Nemesi Graeca p. 6 voluit, intellego, sed de urbe Adrastea et agro adiacente. Ita non semel locutus est Aeschylus, qui in Pers. 862 Icarum insulam dixit ἕδος Ἰκάρου, et alia id genus plura. Cf. ad Stephanum Byz. p. 140, 4. Significat igitur poeta verbis Ἀδραστείας ἕδος campum Adrasteae, Ἀδραστείας πεδίον, quo nomine urbs ipsa et ager appellabatur, v. Strabonem lib. 13 p. 576 et 588. Aeschyleum item est, quod satis certa, ut mihi videtur, coniectura restitui πρέπουσι, quod etsi plerumque de rebus sub oculorum adspectum cadentibus dicitur, tamen etiam hic recte poni docet inter alia Agamemnonis versus 321 οἶμαι βοὴν ἄμικτον ἐν πόλει πρέπειν.

XIII 581 = 2, 8.

Ἀπὸ δὴ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῶν περὶ Αἴσηπον τόπων μέχρι Ἀβύδου καὶ Σηστοῦ τὴν τῆς Προποντίδος παραλίαν εἶναι συμβαίνει. Mira et importuna videri potest

in definienda Asiani litoris *παραλίᾳ* Sesti urbis memoria in Thracio litore sitae. Itaque facile quis suspicari possit *καὶ Σηστοῦ* additum esse ab aliquo qui Sestum et Abydum fere coniunctim memorari meminisset; praesertim cum mox inferatur *ἀπὸ δὲ Ἀβύδου μέχρι Λεκτοῦ τὰ περὶ Ἴλιον*, non *ἀπὸ δὲ Ἀβύδου καὶ Σηστοῦ*, eodemque modo etiam in sequentibus 583 = 5, 1 *ἀπὸ τῶν περὶ Ἄβυδον στενῶν, ἐπὶ τὸν Αἴσηπον καὶ τὴν Κυζικηνήν* et 585 = 9, 21 *οἱ μεταξὺ τοῦ Αἰσήπου καὶ Ἀβύδου Τρῶες*. Ac simile additamentum etiam libro 8, 387 = 205, 10 Straboni obtrusum est *μεταξὺ δὲ Ῥίου καὶ τὸ Ἀντίρριον ἀπέχον Πατρῶν στάδια μ'*, ubi *καὶ Ἀντίρριον* recte viri docti deleverunt. Apud Homerum tamen in catalogo utramque civitatem ita coniungi constat, ut communi imperio subiectae et unius urbis instar fuisse videantur Iliad. *β'* 835:

οἳ δ' ἄρα Περκώτην καὶ Πράκτιον ἀμφενέμοντο,
καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἔχον καὶ δῖαν Ἀρίσβην,

ubi urbes vides nonnisi Asiaticas; in sequentibus demum a vs. 844 recensentur Thracii Hellesponti populi *).

---

*) Hac opportunitate uti liceat ut corrigam errorem quendam meum, quo in Scymni Periegesi vs. 710 genuinam scripturam obscuravi. Leguntur ibi haec:

ἔπειτα Σηστὸς καὶ Μάδυτος, αἱ κείμεναι
ἐπὶ τοῦ στενοτάτου, Λεσβίων οὖσαι πόλεις.

Usus est hoc exemplo L. Dindorfius in Thesauro L. Gr. vol. 7 p. 708, ut grammaticorum quorundam praecepto de comparativis et superlativis adiectivorum *στενός* et *κενός* per o scribendis aliquam veri speciem conciliaret. At cum in codice *στενωτάτου* scriptum sit, non dubitare posse videtur quin Scymnus scripserit *ἐπὶ τοῦ στενωποῦ*, quod etiam aliam ob caussam edito praestat: *στενωπὸς* de freto praeter alios dixit Aeschylus Prom. 364 *κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου*. Nullum igitur iam in Scymni loco isti recentiorum grammaticorum doctrinae praesidium paratum est. In proverbiali autem versu apud Athen. 8 p. 362 b. *σαυτὸν ἀποφαίνεις κενότερον λεβηρί-*

XIII 582 = 2, 25.

Αἱρέσεις νέμοντες πλείους. Hoc quominus eodem sensu accipiamus quo Sophocles Ai. 265 *αἵρεσιν νέμειν* dixit, obstat pluralis. Itaque nescio an recte Coraes *διαιρέσεις* scripserit. Tum in verbis *πλείονι διέστηκε τῆς Τρῳάδος,* dativum *πλείονι* non sollicitem; nam cum *πολλῷ διεστάναι* recte dicatur, recte etiam *πλείονι διεστάναι* dici potuit.

XIII 582 = 3, 8.

Τούτου δὲ (τοῦ Ὀρέστου) ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τὸν βίον, διαδέξασθαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Pro *τελευτήσαντος* cod. D habet *καθαλώσαντος,* quod cum recte Kramerus exquisitius esse dicat, quam ut librario deberi videatur, non tamen correxerim *καταναλώσαντος.* Proprius vero fuerit *καθανύσαντος* vel *καταλύσαντος.* In sequentibus praeter alios Aeolicarum in Asiam coloniarum duces memorantur Cleuas et Malaus. Cleuam etiam aliunde cognitum habemus; at Malai (*Μαλαοῦ*) perrara est memoria, sed quam recte mihi revocasse videor apud Stephanum Byz. p. 621, 5 *Τῆμνος, πόλις τῆς Αἰολίδος· ὁ Μαλαὸς γὰρ ἔλαβε χρησμὸν ὅπου ἂν ὁ τοῦ ἅρματος ἄξων διατμηθῇ πόλιν κτίσαι.* Ubi libri habent *Ὅμαλλος.*

XIII 582 = 4, 12.

Fines Troadis ab aliis alios dicit constitui: *ὁ μὲν Ὅμηρος ἀπὸ Αἰσήπου τὴν ἀρχὴν ποιεῖται, Εὔδοξος δὲ ἀπὸ Πριάπου — συστέλλων ἐπ' ἔλαττον τοὺς ὅρους, Δαμάστης δ' ἔτι μᾶλλον συστέλλει ἀπὸ Παρίου· καὶ γὰρ οὗτος μὲν ἕως Λεκτοῦ προάγει· ἄλλοι δ' ἄλλως.* Pro

---

δος, scribendum videtur *γυμνότερον* vel *τυφλότερον,* quae notissima huius proverbii forma est.

συστέλλει nihil caussae est cur participium ponatur, nam ad *ἀπὸ Παρίου* ex superioribus *ἀρχὴν ποιούμενος* assumi potest: si quid tamen mutandum, nescio an *συστέλλει* tollendum sit. Tum pro *μέν*, quod post *οὗτος* legitur, nescio an *μόνον* scribi debeat. Damastem magis etiam fines Troadis coarctare dicit a Pario incipientem, nec tamen ultra Lectum procedentem, aliis ad Adramyttium usque progredientibus. Pro *Ἀδραμυττίου* cod. D habet *Ἀτραμυττίου*, qua forma Charonem, cuius sententiam Strabo refert, usum esse dixerim.

XIII 583 = 5, 15.

Καὶ γὰρ ὅτι τῆς Ἴδης ἐστὶ τὸ Λεκτὸν καὶ διότι (δὴ ὅτι?) πρώτη ἀπόβασις ἐκ θαλάττης αὕτη τοῖς ἐπὶ τὴν Ἴδην ἀνιοῦσιν εἴρηκεν ὀρθῶς· καὶ τὸ πολυπίδακον· εὐυδρότατον γὰρ κατὰ ταῦτα μάλιστα τὸ ὄρος· δηλοῖ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ποταμῶν,

ὅσσοι ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἅλαδε προρέουσιν,
Ῥῆσός θ' Ἑπτάπορός τε

καὶ οἱ ἑξῆς, οὓς ἐκεῖνος εἴρηκε καὶ ἡμῖν πάρεστιν ὁρᾶν. Haec si Strabo scripsit, infelicissimo eum exemplo usum esse fatebitur qui neque Rhesum neque Heptaporum in hac parte Idae poni posse sciat; neque reliquorum quos eodem loco (Il. *μ'* 20) Homerus memorat amnium ullus in Aegeum mare effunditur. Neque vero id Strabo ignorare potuit, praesertim cum ipse lib. 13 p. 602 haec scripserit: *πολυπίδακον δὲ τὴν Ἴδην ἰδίως οἴονται λέγεσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐξ αὐτῆς ῥεόντων ποταμῶν καθ' ἃ μάλιστα ἡ Δαρδανικὴ ὑποπέπτωκεν αὐτῇ καὶ μέχρι Σκήψεως καὶ τὰ περὶ Ἴλιον.* Itaque omnia ista inde a verbis *καὶ τὸ πολυπίδακον* a Strabone abiudicanda et in marginem reicienda arbitror.

XIII 584 = 6, 14.

Τοῖς ἐκ Βυζαντίου πλέουσι πρὸς νότον ἐπ' εὐθείας ἐστὶν ὁ πλοῦς πρῶτον ἐπὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον διὰ μέσης τῆς Προποντίδος, ἔπειτα τῆς παραλίας τῆς Ἀσίας μέχρι Καρίας. Paulo audacius, ut mihi quidem videtur, postrema quae adscripsi Kramerus ita ad saniorem rationem revocare studuit: *ἔπειτα παρὰ τὴν παραλίαν τῆς Ἀσίας.* Meo iudicio nihil desiderabitur, si vel *εἶτ' ἐπὶ τὰ* pro *ἔπειτα* scripseris, vel *ἐπὶ τὰ* post *ἔπειτα* excidisse statuas.

XIII 584 = 8, 3.

Ἧς (Lyrnessi) *ἐν τῇ ἁλώσει τὸν Μύνητα καὶ τὸν Ἐπίστροφον πεσεῖν φησίν, ὡς ἡ Βρισηὶς θρηνοῦσα τὸν Πάτροκλον δηλοῖ.* Epistrophi mentio quo consilio facta sit frustra quaeras; nam etiamsi Epistrophus simul cum Mynete occubuit, ut ex Iliadis secundo constat, Briseis tamen, ad cuius querellam (Il. 19, 295) scriptor provocat, nihil de illo dicit: accedit quod Strabo unum Mynetem commemorare debebat, quippe illud demonstrare volebat, Lyrnessum partem quidem regni Troiani fuisse, sed suum sibi regem Mynetem habuisse. Idque ipse scriptor aperte in sequentibus profitetur: *ἐμφαίνει γὰρ τὴν Λυρνησσὸν λέγων πόλιν θείοιο Μύνητος, ὡς δυναστευομένην ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐνταῦθα πεσεῖν αὐτὸν μαχόμενον.* Ex his intellegi opinor, verba *καὶ τὸν Ἐπίστροφον* ab interpolatrice manu addita esse. Sed in tota hac disputatione multa turbata sunt, praesertim in versibus Homericis, quorum alii loco suo moti, alii non ab ipso Strabone adscripti videntur.

XIII 587 = 12, 9.

Περὶ μὲν οὖν τὴν Ζέλειαν ὁ Τάρσιος ἐστι ποταμὸς

εἴκοσιν ἔχων διαβάσεις τῇ αὐτῇ ὁδῷ, καθάπερ ὁ Ἑπτάπορος, ὅν φησιν ὁ ποιητής. Scribendum καθάπερ [ἑπτὰ πόρους] ὁ Ἑπτάπορος, quod vel propter sequentia, in quibus πολλοὺς nil habet unde suspensum sit, necessarium est. Ceterum recensus iste fluviorum multos transitus habentium haud iniuria in νοθείας suspicionem vocatus est a Kramero; insunt etiam nonnulla minus integre scripta, velut haec: πολλοὺς δὲ καὶ ὁ ἐκ Φολόης εἰς Ἠλείαν Σκάρθων πέντε καὶ εἴκοσιν. In quibus duo amnes indicari videntur, alter Selleis ex Pholoe ortus, alter incognitus idemque ex incognito monte in incognitam urbem influens. Tentabam: πολλοὺς δὲ καὶ ὁ ἐκ Φολόης εἰς Ἠλείαν, [ὁ δ' ἐκ .... εἰς] Σκάρδωνα πέντε καὶ εἴκοσι. Scardon Illyrica urbs commemoratur a Strab. 7 p. 315 ἐν τῷ παράπλῳ ποταμὸς φορτίοις ἀνάπλουν ἔχων μέχρι Δαλματέων, καὶ Σκάρδων Λιβυρνὴ πόλις.

XIII 588 = 14, 5.

Ἡ μὲν οὖν πόλις (Adrastea) μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ὁμώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου καὶ Ἀρτέμιδος, κατὰ τὴν Πυκάτην. Pro ὁμώνυμον ex epit. Vat. scribendum ἐπώνυμον. Cf. ad lib. 12 p. 579. Tum pro Πυκάτην alii aliud, Berkelius autem ἀκτὴν scribendum coniecit, quod etsi ceterorum conatibus praeferendum est, tamen nec ipsum probari potest, cum propterea quod Ἀκταίου Ἀπόλλωνος templum in ἀκτῇ situm esse sua sponte intellegitur, tum vero etiam quod, si hoc voluisset indicare Strabo, non κατὰ τὴν ἀκτήν, sed ἐπὶ τῆς ἀκτῆς scripsisset. Mihi adhuc non ineptum videtur, quod iam olim conieci, Strabonem scripsisse κατὰ τὴν Πακτύην, ut Adrastea vel Apollinis Actaei fanum Pactyae, Chersonesi Thraciae oppido, oppositum fuisse dicatur. Haec situm locorum in-

dicandi ratio frequens cum aliis tum ipsi Straboni, ut statim in sequentibus p. 881 de Callipoli: κεῖται δ' ἐπ' ἀκτῆς — κατὰ τὴν Λαμψακηνῶν πόλιν. Cf. 7 p. 90 Kr. Σηστιὰς ἄκρα, καθ' ἣν τὸ Ξέρξου ζεῦγμα. In sequentibus verbis τὸ δὲ μαντεῖον ἐξηλείφθη, scribendum ἐξελείφθη. Cf. supra p. 112.

XIII 590 = 17, 14.

Haud indigna scitu sunt quae de Agrippa scriptor memoriae prodit; commemorata enim Lampsaco, ἐντεῦθεν, inquit, μετήνεγκεν Ἀγρίππας τὸν πεπτωκότα λέοντα, Λυσίππου ἔργον· ἀνέθηκε δὲ ἐν τῷ ἄλσει τῷ μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τοῦ Εὐρίπου. Ubi πεπτωκότα λέοντα interpretor letali vulnere occisum et prostratum, quemadmodum lib. 5 p. 245 = 389, 21 τῶν πεπτωκότων γιγάντων τὰ κεραύνια τραύματα memorantur. Tum rectius scribetur minuscula litera εὐρίπου: multum enim fallatur, qui Euboicum Euripum commemorari credat et λίμνην de Copaide, si forte, vel de Hylice intellegat. Neque rectius Groskurdus: und versetzte ihn in den Hain zwischen dem Landsee und der Meerenge. Facilius crediderim in vicinam Chersonesum, Thraciae urbem, quam Agrippam possedisse constat *), opus illud translatum fuisse. At multo tamen probabilius est Romam leonem illum asportatum et in hortis publicis seu in nemore ab Agrippa positum fuisse, ubi lacus et euripi erant. Pertinet huc illud Ovidii Epist. Pont. 1, 8, 37:

gramina nunc campi pulcros spectantis in hortos,
stagnaque et euripi virgineusque liquor.

---

*) Dio Cassius lib. 54, 29 τῶν γὰρ πλείστων ἐκληρονόμησεν, ἐν οἷς ἄλλα τε καὶ ἡ Χερσόνησος ἡ πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐς τὸν Ἀγρίππαν ἐλθοῦσα.

Eundem euripum dicere videtur Asterius in subscriptione cod. Virgilii Medicei apud Burmannum Anthol. vol. 2 p. 187

tempore quo penaces (?) circo subiuncsimus, atque
scenam euripo extulimus subitam.

XIII 590 = 17, 31.

Percoten et Practium et Arisbam adeo ignobiles urbes esse dicit, ut ne de situ quidem inter scriptores constet, *πλὴν ὅτι περὶ Ἄβυδον καὶ Λάμψακον ἔστι καὶ Πάριον, καὶ ὅτι ἡ πάλαι Περκώτη μετωνομάσθη ὁ τόπος.* Postrema varie, sed frustra tentata sunt; quamquam recte Tzschuckius *πάλαι Περκώπη* ad unam vocem coniungenda esse intellexit. Maxime autem falli videntur ii qui quae olim *Περκώτη* dicta fuit, eam postea *Περκώπην* appellatam esse credunt, quae forma ubicunque legitur, ex *Περκώτη* corrupta est. Iam si quis haec consideret verba scholiastae Vict. ad Il. *λ'* 229 *ἀρχαία αὕτη (Περκώτη) ἦν· νῦν Παλαιπερκώτην καλοῦσι, τῆς δὲ Λαμψακηνῆς ἦν χώρας*, et haec Stephani Byz. p. 517, 21: *Περκώτη, καὶ Παλαιπερκώτη* (libri *πάλαι Περκώπη*), *πόλις Τρῳάδος*, itemque titulos tributarios, in quibus et *Περκώτη* et *Παλαιπερκώτη* memoratur, apud Böckhium Staatshaushalt der Athen. vol. 2 p. 715 et 719, haec igitur si quis consideret, non dubitabit opinor quin Strabo scripserit: *καὶ ὅτι Περκώτη Παλαιπερκώτη μετωνομάσθη*, recisis ultimis *ὁ τόπος*, quae addita sunt, postquam *Περκώτη* exciderat.

XIII 591 = 19, 15.

Σηστὸς δὲ ἀρίστη τῶν ἐν Χερρονήσῳ πόλεων. Quod Sestus *ἀρίστη πόλις* vocatur, mirum profecto videri debet, cum Thraciae Chersonnesi urbium principatus ab aliis Car-

diae fere vel Lysimachiae deferatur, et ipse Strabo infra Theopompo teste Sestum fuisse dicat *βραχεῖαν μὲν εὐερκῆ δέ*. Id ipsum vero indicio est pro *ἀρίστη* scribendum esse *κρατίστη*, optime munita. Idque confirmat etiam Thucyd. 8, 62 *Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονήσου, ἥν ποτε Μῆδοι εἶχον, καθίστατο φρούριον καὶ φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου*. Postea munitiones neglectae sunt, donec Iustinianus imminenti colli praesidium imponeret inexpugnabile, teste Procopio Aedif. 4, 10.

XIII 591 = 20, 10.

Περὶ Σηστοῦ εἴπομεν ἐν τοῖς περὶ τῆς Θρᾴκης τόποις. Expectabam *ἐν τοῖς περὶ τὴν Θρᾴκην τόποις*. Nisi potius *λόγοις* scribendum pro *τόποις*, vel *τόποις* delendum dicas.

XIII 595 = 26, 13.

Πλησίον δ' ἔστι τὸ Ὀφρύνιον — καὶ ἐφεξῆς λίμνη Πτελεώς. Frequens urbium nomen est *Πτελέα Πτελεός* et *Πτελεόν* in Thessalia, in Elide aliisque Graeciae partibus. Sed *Πτελεώς* mihi vitii suspectum est videturque ex *Πτελεός* corruptum esse, ut habet cod. Med. x. Dubito etiam de *λίμνη*, quod potius *λιμήν* scribendum videtur. *Πτελεὸν πόλις* in Troade memoratur a Stephano Byz. p. 537, 21 a Pteleo portu, ut videtur, non diversa.

XIII 597 = 29, 23.

Μεταλαμβάνεσθαι δ' ἐντὸς τό τε Σιμοείσιον πεδίον — καὶ τὸ Σκαμάνδριον. Corrigunt *καταλαμβάνεσθαι*. Sed constans Strabonis usus postulat *ἀπολαμβάνεσθαι*. Consimili errore infra *καταδέχεσθαι* in libris scriptum est pro *ἀποδέχεσθαι*.

XIII 598 = 32, 16.

Εἰ δὲ φήσει τις τὸν νῦν λεγόμενον Ἀχαιῶν λιμένα εἶναι τὸ ναύσταθμον, ἐγγυτέρω τινὰ λέξει τόπον ὅσον δώδεκα σταδίους διεστῶτα τῆς πόλεως, ἐπὶ θαλάττῃ πεδίον νῦν προστιθείς. Vexatissimus locus ita videtur corrigi posse ut scribatur, *τὸ ἐπὶ θαλάττῃ πεδίον συμπροστιθείς.* Verbum *συμπροστίθημι* aptissimum ad huius loci sententiam, quamvis alias non lectum, satis tuentur simillima exempla, e. c. *συμπροσμίγνυμι.*

XIII 599 = 33, 19.

Παρατίθησι δ' ὁ Δημήτριος καὶ τὴν Ἀλεξανδρινὴν Ἑστιαίαν μάρτυρα, πυνθανομένην εἰ περὶ τὴν νῦν πόλιν ὁ πόλεμος συνέστη, καὶ τὸ Τρωικὸν πεδίον, ὃ μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάττης ὁ ποιητὴς φράζει. Pro *Ἀλεξανδρινήν* scribendum aut *Ἀλεξανδρίνην* aut *Ἀλεξανδρειανήν.* Utrumque gentilicium commemorat Stephanus Byz. p. 72. Tum *Ἑστίαιαν* praestat; neque enim credibile est, mulieris et urbis nomen diverso accentui fuisse subiectum. In sequentibus Kramerus satis probabiliter scribit *καὶ [ποῦ] τό*, quamquam possis etiam *καὶ [τοῦτο] τὸ Τρωικὸν πεδίον.*

XIII 600 = 35, 1.

Ὕστερον δ' εἰς μονομαχίαν προκαλεσαμένου τοῦ Φρύνωνος ἁλιευτικὴν ἀναλαβὼν σκευὴν συνέδραμε — καὶ ἀνεῖλε. Revocanda librorum scriptura *ἐκ μονομαχίας*, quod quin recte dicatur non dubium est. Compares quod passim legitur *πόλιν ἑλεῖν ἐκ πολιορκίας*; nec dissimile est Homericum *ἐξ ἔριδος μάχεσθαι.* Quin ipsum illud *ἐκ μονομαχίας* habet Ptolemaeus Heph. apud Photium Bibl. p. 148, 10.

XIII 601 = 37, 1.

De veteris Ilii eversione disputans: Ὅμηρος δὲ ῥητῶς τὸν ἀφανισμὸν τῆς πόλεως εἴρηκεν·

ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή.
ἦ γὰρ καὶ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν.
εἴπερ βουλῇ καὶ μύθοισι θέτο δὲ Πριάμοιο πό-
λις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ.

Adscripsi haec ut in libris leguntur. Tertio versu εἴπερ, quod e praecedenti αἰπήν ortum esse parum probabili coniectura statuit, deleri voluit Coraes; idem post μύθοισι ex lib. 1 p. 17 addidit καὶ ἠπεροπηΐδι τέχνῃ, et πέρθετο scripsit pro θέτο, ut iam quatuor deletae urbis habeamus testimonia, sed quorum tertium μύθῳ καὶ μύθοισι καὶ ἠπεροπηΐδι τέχνῃ, Homerum auctorem non habet, quamquam apertum est, Strabonem nonnisi Homerica exempla afferre voluisse. Eas ob caussas mihi quidem non dubium est quin verba βουλῇ καὶ μύθοισι primum a curioso lectore in margine adscripta, postea importuno loco in textu fuerint posita. Importuno loco, inquam. Quid enim manifestius est quam περ et θέτο ad unum verbum πέρθετο coniungenda esse, εἰ autem nihil esse nisi variam lectionem particulae in initio praecedentis versus positae ἦ, pro qua ipsum illud εἰ in libris pluribus legitur? Ad versum illum autem quod attinet βουλῇ καὶ μύθοισι καὶ ἠπεροπηΐδι τέχνῃ, quem de Ulixe, Troiae eversore, intellegendum esse etiam e Polyaeni prooemio constat, negari sane non potest eum tanquam Homericum citari a Strabone lib. 1 p. 17 ubi haec leguntur: ταῦτά γε πάντα ὁ ποιητὴς Ὀδυσσεῖ προσῆψεν, ὃν τῶν πάντων μάλιστα ἀρετῇ πάσῃ κοσμεῖ· οὗτος γὰρ αὐτῷ πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω', οὗτός τε ὁ εἰδὼς παντοίους τε δόλους καὶ μήδεα πυκνά', οὗτος δ' ὁ πτολίπορθος καὶ τὸ Ἴλιον ἑλὼν μύθῳ καὶ βουλῇσι καὶ ἠπε-

ῥοπηΐδι τέχνῃ. τούτου γ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο ἄμφω νοστήσαιμεν', φησὶν ὁ Διομήδης. Quae si quis attente legat, facile intelleget alius poetae exempla quam Homeri hoc loco a Strabone afferri non potuisse. Quid igitur rei esse dicamus? Num memoria Strabonem lapsum aut hallucinatum esse putabimus? Atqui talis suspicio non cadit in hunc scriptorem, qui cum innumeris locis Homerica carmina ad partes vocaverit, nusquam tamen eum neglegentem vel prae festinatione labentem deprehendas. Hinc in eam sententiam adducor ut, quemadmodum alterum Homeri exemplum manifesta interpolatione invito scriptori obtrusum est *), ita etiam illum de quo agitur versum in marginem relegandum esse existimem. De auctore autem huius versus si quaeris, non videtur dubitari posse quin recte eum cyclico poetae **) tribuat Welckerus Cycl. ep. vol. 2 p. 540, in eo tamen falsus quod etiam sequentia, *τούτου γ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο ἄμφω νοστήσαιμεν*, e cyclico carmine ducta esse sibi persuasit, quae Homerica esse ex Iliad. 10, 245 intellegitur.

XIII 601 = 37, 17.

Καὶ οἱ τὴν προσῳδίαν δὲ διαστρέφοντες, γουνάσιν, ὡς θυιάσιν, ὁποτέρως ἂν δέξωνται, ἀπεραντολογοῦσιν, εἶθ' ἱκετεύοντές τε φρένας. Disputat scriptor de interpretatione versus Homerici *θῆκαν* (*τὸν πέπλον*) *Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν* Il. ζ 303, in quo fuisse dicit qui pro *γούνασι* mutato accentu scriberent *γουνάσι*. Id quomodo intellexerint illi critici obscurum est, cum postrema illa,

---

*) Vidit hoc Spengelius in Ephemer. Monac. 1848 no. 19.

**) Sunt etiam alia quaedam, quae cum Homeri nomen mentiantur, fortasse cyclico poetae assignanda sunt. Vid. Exercit. in Athen. Spec. 2 p. 35.

εἶθ' ἱκετεύοντές τε φρένας, foedissime corrupta sint. Vidit aliquid Coraes coniciens *εἴτε ἐφ' ἱκετείας εἴτε φρένας*, sed ut de *φρένας* dubitet. Mihi non improbalile videtur Strabonem scripsisse *εἶθ' ἱκετ[είας ἑρμην]εύοντες εἴτε φρένας*. Quam significationem quibus machinis grammatici voci *γούνατα* vel *γουνάδες* extorserint obscurum est, nec magis curandum puto quam quo artificio, ne alia commemorem, Homericum *ἀφήτορος οὐδόν* Iliad. *ι* 404 de thesauro subterraneo (*κατὰ γῆς θησαυρός*) interpretati sint. Vid. Strabo lib. 9 p. 421 *).

XIII 604 = 44, 10.

Ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀφῖχθαί τινα Τεῦκρόν φασιν ἐκ δήμου Τρώων, ὃς νῦν ὁ Ξυπετεὼν λέγεται. Scribendum videtur *οἱ Ξυπετεῶνες*.

XIII 611 = 54, 22.

Τῆς Καρίας κατασχεῖν τῆς μέχρι Μύνδου. Non miror haec corrupta visa esse viris doctis; perrara enim verbi *κατασχεῖν* cum secundo casu coniunctio, sed certissimis munita exemplis a Schweighaeusero ad Appianum vol. 3 p. 120. Hinc corrige quae scripsi Fragm. com. vol. 4 p. 54 de Philemonis versu, in quo rectissime legitur *τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐστι τῆς ὀργῆς πόνος*.

XIII 612 = 56, 22.

Ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ ἔστι καὶ ἡ Χρύσα καὶ ἡ Κίλλα·

*) Non dissimile huic quod glossographi *τοῖος* apud Homerum Il. *η* 231 pro *ἀγαθός* positum esse sibi persuaserunt. Schol. B ad Homeri l. l. *οἱ γλωσσογράφοι τὸ τοῖοι ἀντὶ τοῦ ἀγαθοί· ὅθεν καὶ Καλλίμαχος τῷ τοίων δεῖ' κέχρηται.* Ita enim scribendum est pro *τοίων αἰεί*, quod fugit Ottonem Schneiderum in Schneidewini Philol. vol. 6 p. 547, 26. Nimirum Callimachus talibus viris opus esse alicubi dixerat, i. e. *ἀγαθοῖς*.

πλησίον οὖν τῆς Θήβης ἐστὶ νῦν Κίλλα τις τόπος λέγεται. Pro ultima voce interpolati quidam libri λεγόμενος habent, quam scripturam cum ex coniectura ortam esse recte vidisset Kramerus, pro ἐστί scribendum coniecit καί. Scribendum potius ἔτι. Tum pro οὖν requiro γοῦν. Denique pro Χρύσα, cuius obliqui casus apud Strabonem sunt Χρύσης et Χρύσῃ, reponendum Χρῦσα. In iis quae proxime antecedunt Λυδοῖς τοῖς πρότερον, τοῖς δ' Ἕλλησιν ὕστερον, scribendum Λυδοῖς τὸ πρότερον.

XIII 615 = 62, 5.

Προσνεύει δὲ (τὸ ἀκρωτήριον Αἰγὰ) ἐπὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὔνομα· ὕστερον δὲ αὐτὸ τὸ ἀκρωτήριον Αἰγᾶ κεκλῆσθαι, ὡς Σαπφώ, τὸ δὲ λοιπὸν Κάνη καὶ Κάναι. Non Aega ab Aegaeo, sed Aegaeum ab Aega nomen duxit; itaque pro αὐτῷ rectius fuerit τούτῳ. Pro Αἰγᾶ scribendum Αἰγά. Cf. ad Stephanum Byz. p. 38. Pro κεκλῆσθαι corrigunt κέκληται, pro quo potius ἐκλήθη expectabam. Probabilius δοκεῖ excidisse statuas. Verba ὡς Σαπφώ recte, opinor, suspectat Kramerus.

XIII 616 = 63, 17.

Ὁ δὲ Κάικος οὐκ ἀπὸ τῆς Ἴδης ῥεῖ, καθάπερ εἴρηκε Βακχυλίδης, οὐθ' ὡς Εὐριπίδης τὸν Μαρσύαν φησὶ ‚τὰς διωνομασμένας ναίειν Κελαινὰς ἐσχάτοις Ἴδης τόποις'. Pro οὐθ' ὡς cod. F οὐχ ὡς. Groskurdus οὔτ' ἀληθῶς. Debebat certe οὐδ' ὀρθῶς, quamquam accuratior scriptor id ita potius dixisset οὐδ' Εὐριπίδης ὀρθῶς. Kramero οὐθ' delenti vix assentiar.

XIII 617 = 66, 1.

Οὐ γὰρ ἴσμεν ἐν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ τῷ μνημονευο-

μένῳ φανεῖσάν τινα γυναῖκα ἐνάμιλλον οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐκείνῃ ποιήσεως χάριν. De Sapphone haec dicit, in quibus quid sit χρόνος ὁ μνημονευόμενος me nescire fateor. Scribendum videtur τῶν μνημονευομένων, ut hoc dicat: ex longo tempore (post Sapphus mortem) celebrium mulierum nullam extitisse quae cum illa de poesis praestantia contendere possit. Postremis verbis ποιήσεως χάριν uti licebit ad stabilienda ea quae p. 144 dicta sunt de χρημάτων χάριν.

XIII 617 = 66, 19.

Commemorato Theophane Mytilenaeo, homine literarum laude et Pompei gratia florentissimo, ita pergit: υἱόν τε ἀπέλιπε Μάρκον Πομπήιον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπίτροπον κατέστησέ ποτε Καῖσαρ ὁ σεβαστός, καὶ νῦν ἐξετάζεται ἐν τοῖς πρώτοις τῶν Τιβερίου φίλων. Non Marcus, opinor, sed Macer Pompeii illius cognomen erat, si tamen recte conicio hunc eundem esse Pompeium, cui Augustum bibliothecas ordinandas delegasse e Suetonio Iul. Caes. 56 constat. Eundem fortasse dicit Tacitus Ann. 1, 72 mox Tiberius, consultante Pompeio Macro praetore an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges respondit. Eiusdem familiae erat Pompeia Macrina, de qua idem Tacitus Ann. 6, 18 etiam in Pompeiam Macrinam exilium statuitur: pater quoque illustris eques Romanus, ac frater praetorius, cum damnatio instaret, se ipsi interfecerunt. Datum erat crimini quod Theophanem Mytilenaeum proavum eorum Gnaeus Magnus inter intimos habuisset, quodque defuncto Theophani caelestes honores graeca adulatio tribuerat. Quo loco viri docti propter Strabonis verba avo corrigunt pro proavo, parum pro-

babiliter. Facilius credam Strabonem aut errasse, aut pro *υἱόν* scripsisse *υἱωνόν*, quae Visconti Oeuvres divers p. 92 coniectura est. Theophanem, Pompeii amicum, virum fuisse constat non modo rerum peritissimum, sed etiam literarum studiosissimum. Memorantur eius historiarum libri et carmina de laudibus Pompeii. Quem bonarum literarum amorem in posteros eius transfusum esse cum minime mirum videri debeat, non mala ut opinor coniectura Theophanis sive filio sive nepoti vindicavi tragoediam Medeae nomine inscriptam, cuius insigne fragmentum servavit Stobaeus Flor. 78, 7 cum lemmate *Πομπηίου Μακροῦ*. V. Relationes menstr. Acad. Berol. 1850 p. 255. Neque alius auctoris sunt duo quantivis pretii carmina in Anthol. Palat. 7, 219 et 9, 28, ubi in adscriptis lemmatis *Πομπηίου νεωτέρου* et *Πομπηίου, οἱ δὲ Μάρκου νεωτέρου*, item *Μακροῦ* scribendum videtur. Quod vero eidem Pompeio Macro iuniori Viscontus vindicare voluit carmen a Iacobsio in Append. 110 receptum cum inscriptione *Ἰουνίωρος* (sic enim in lapide legitur, unde Viscontus illud edidit), ea valde incerta coniectura est; est enim mediocre carmen et cum reliquorum elegantia nullo modo comparandum.

XIII 618 = 68, 1.

Πλησίον δὲ τούτων ἔστι καὶ ἡ Πορδοσελήνη πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα ἐν αὐτῇ. Pro ultimis optimi libri *ἐν αὐτῇ*, quod aeque vitiosum quam *ἐν αὐτῇ*, quo additamento, inutili sane et inerti, nusquam in tali oratione Strabo utitur. Fortasse igitur *ἐν ἀκτῇ* scribendum. Neque sequentia integra sunt: *καὶ πρὸ τῆς πόλεως ταύτης ἄλλη νῆσος πόλις μείζων αὐτῆς ὁμώνυμος ἔρημος.* Pro *πόλις* cod. F *πόλης*, in quo insulae istius nomen latere videtur. Praeterea ante *ὁμώνυμος* recte aliquot libri in-

serunt *καὶ πόλις*. Pro *αὐτῆς* autem, quod ad Pordoselenen referendum videtur, malim *ἐκείνης*.

XIII 620 = 70, 14.

Περὶ μὲν οὖν τῶν Κιλίκων — τὰ ἐνόντα εἴρηται καὶ διότι τὰ περὶ τὸν Κάικον μάλιστα περατοῦνται. Post *διότι* excidit opinor *ἐπί*. Ita lib. 2 p. 78 *γραμμῇ τῇ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Καρμανίας τελευτώσῃ*. Item 3 p. 148 *τὸ τὰς ἀμπώτεις μέχρι δεῦρο περατοῦσθαι*. Cf. Bernhardy Eratosth. p. 74.

XIII 622 = 73, 10.

Πρὸς τὴν ἀπεναντίον ἄκραν Ἁρματοῦντα. Ita dicebatur promontorium orae Aeolidis, quod cum vix intellegas quo sensu *Ἁρματοῦς* dictum fuerit, non mirer si quis potius *Ἑρματοῦντα* scribendum opinetur, quo nomine aptissime promontorium appellari posse non dubitandum est: ac reperit hoc in libro suo Guarinus, eademque lectionis varietas est apud Thucyd. 8, 101. Noli tamen tentare alteram formam, ad Aeolismum, si recte conicio, revocandam, quo ε̄ passim dicitur pro ᾱ. Cf. Ahrens Dial. Aeol. p. 75.

XIII 623 = 74, 25.

Postquam de Cyme Aeolica dicere instituit, inferuntur *τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ Ἀμαζόνος τῇ πόλει τεθεῖσθαι*. Non apparet unde infinitivus *τεθεῖσθαι* pendeat: excidit fortasse *δοκεῖ*.

XIII 625 = 77, 23.

Μιθριδάτης τε [ὁ] Μηνοδότου υἱὸς καὶ [τῆς] Ἀδοβογίωνος, [ὃς] τοῦ τετραρχικοῦ τῶν Γαλατῶν γένους ἦν, [ἣν] καὶ παλλακεῦσαι τῷ βασιλεῖ Μιθριδάτῃ φασίν. Ita

haec ex Casauboni coniecturis edita sunt additis quae uncis inclusa vides. Sed parum placent additamenta ista, quibus oratio nescio quid scabritiei traxit: mirum etiam non ipsum matris nomen adiectum esse, quod latere videtur in ipso illo *Ἀδοβογίωνος*, sive *Ἀδοβογίων ὅς*, ut libri habent. Locus ita scribendus videtur: *Μιθριδάτης τε Μηνοδότου υἱὸς καὶ Ἀδοβογιωνίδος, τοῦ τετραρχικοῦ τῶν Γαλατῶν γένους, ἣν καὶ παλλακεῦσαι φασίν.* Celtica feminarum nomina in is gis et dis exeuntia collegit F. I. Mohne in libro de lingua Gallica p. 41.

XIII 625 = 79, 8.

Ὑπέρκειται δὲ τῶν Σάρδεων ὁ Τμῶλος εὔδαιμον ὄρος ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ σκοπὴν ἔχον ἐξέδραν λευκοῦ λίθου. Recte Kramerus reiecit Palmerii coniecturam *ἔξεδρον* scribentis pro *ἐξέδραν*. Si quid corruptum est, scripserim *σκοπὴν ἔχον [καὶ] ἐξέδραν λευκοῦ λίθου.*

XIII 626 = 79, 21.

De Hermi fluvii cursu agens: *διὰ τῆς Κατακεκαυμένης εἰς τὴν Σαρδιανὴν φέρεται καὶ τὰ συνεχῆ πεδία, ὡς εἴρηται, μέχρι τῆς θαλάττης.* Verbis *ὡς εἴρηται*, cum nihil de hac re in superioribus dixerit scriptor, quid faciant interpretes incerti haerent. Mihi ea in paulo superiorem locum transponenda videntur, ubi de auro Pactoli dicit scriptor additque *νῦν δ' ἐκλέλοιπε τὸ ψῆγμα.* Respicit ea quae dixerat p. 591 = 20, 18 *νῦν σπάνιά ἐστι (τὰ Ἀστύρων χρυσεῖα) ἐξαναλωμένα καθάπερ τὰ ἐν τῷ Τμώλῳ τὰ περὶ τὸν Πακτωλόν.*

XIII 633 = 94, 7.

Ὤικει δ' ὄπισθε τῆς πόληος ἐν Σμύρνῃ.

In hoc Hipponactis versu *πόληος* contra omnium libro-

rum fidem a viris doctis metro fulciendo repositum est pro *πόλιος*. Sed *πόληος* mere epica forma est, qua vehementer dubito num poeta iambographus uti voluerit *). Pro *ᾤκει* nuper vir doctus, cuius nomen non recordor, scripsit *οἰκεῖ*, quo recepto versus ita scribendus videtur *οἰκεῖ δ' ὄπισθε τῆς πόλιος ἐνὶ Σμύρνῃ*. Qui sequitur versus, *μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λεπρῆς ἀκτῆς*, memoratu dignum exemplum praebet nominis *ἀκτή* ad quamlibet eminentiam translati. V. Erfurdtum ad Sophoclis Oed. Tyr. 184. Ac fortasse Hipponax *ἄκρης* scripserat: Strabo tamen in suo Hipponactis libro *ἀκτῆς* legit.

XIII 634 = 95, 5.

Ἡμεῖς αἰπὺ Πύλον Νηλήιον ἄστυ λιπόντες
ἱμερτὴν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα.

Sunt Mimnermi versus, quos ex virorum doctorum coniecturis sic scriptos edidit Kramerus: libri enim *αἰπύ τε Πύλον*, nisi quod cod. F habet *ἐπεί τε Πύλον*. Sed concursus syllabarum *πυ πυ* habet aliquid dissoni, nec credo in tota graecorum literatura ullum earum coniunctionis

---

*) Haec scribenti affertur Schneidewini commentatio de editis a Darembergo scholiis ad Hippocratem in Götting. Gel. Anz. 1852, ubi p. 419 Xenophanis Colophonii adhuc incognitum fragmentum tractat et in hunc modum constituit: *ἐγὼ δ' ἐμεωυτὸν ἐκ πόληος εἰς πόλιν περῶν ἂν ἐβλήστριζον*. Scholion hoc est: *βληστρισμὸς — τὸν ῥιπτασμὸν σημαίνει, καθὼς καὶ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος φησὶν „ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν πόλιν ἐκ πόλεως φέρων ἐβλήστριζον" ἀντὶ τοῦ ἐρριπταζόμην*. Apertum vero ista Xenophanis (si tamen Xenophanis sunt, ac non potius mutilum est scholion, ut ipsum illud Colophonii poetae exciderit: *βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδ' ἀν' Ἑλλάδα γῆν*), non ex carmine, sed ex scripto prosario, epistola fortasse, petita esse. Verba ipsa ne minimum quidem corruptelae indicium habent, nisi quod *ἐβληστριζόμην* scribendum videtur: ex urbe in urbem, inquit, me proripiens huc illuc iactabar. Non dixerim igitur cum Schneidewino iam rem certam esse de Xenophane iambographo.



exemplum reperiri posse. Itaque Mimnermum ita potius scripsisse arbitror: ἡμεῖς δ' αὖτε Πύλον Νηλήιον. ἄστυ λιπόντες, nisi praeferas δηὖτε i. e. δὴ αὖτε. Ita vix litera mutaretur: quantillum enim interest inter *ΑΙΠΥΤΕ* et *ΔΗΥΤΕ*? Sed etiam sequentes Mimnermi versus nondum satis emendate scripti sunt, id quod certissime contenderim de ultimo disticho, in quo, ut de ceteris taceam, quo pacto praesens ἀπορνύμενοι explicari possit nescire me fateor.

XIV, 637 = 100, 10.

Εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλος, εἶτα Σάμος, εἴτ' ἀπό τινος ἐπιχωρίου ἥρωος εἴτ' ἐξ Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας ἀποικίσαντος. Ἀνθεμίς an Ἀνθεμοῦσα sive potius, si vera sunt quae ad Stephanum Byz. p. 96 disputavi, Ἀνθεμοῦσσα, scribendum sit incertum est: sed pro Μελάμφυλος haud dubie Μελάμφυλλος reponendum est. Dicebatur etiam Φυλλάς. Pro ἀποικίσαντος, quod non videtur ferri posse, scribendum ἀποικήσαντος, habetque id, ut nunc video, cod. F.

XIV 637 = 100, 15.

De Samo insula: *ἔστι δ' οὐκ εὔοινος, καίπερ εὐοινουσῶν τῶν κύκλῳ νήσων καὶ τῆς ἠπείρου σχεδόν τι τῆς συνεχοῦς πάσης τοὺς ἀρίστους ἐκφερούσης οἴνους· οἷον Χίου καὶ Λέσβου καὶ Κῶ.* Haec postrema eo quo nunc leguntur loco vix ferenda esse intellexit Kramerus, qui ea post νήσων transponenda censet. Mihi credibilius videtur haec verba ex margine illata esse. In sequentibus verbis: *περὶ μὲν οἴνους οὐ πάνυ εὐτυχεῖ Σάμος, τὰ δ' ἄλλα εὐδαίμων*, apertum est excidisse οὖν ante οἴνους. Praeterea pro εὐδαίμων concinnius fuerit εὐδαιμονεῖ. Glossematis suspicionem movent etiam quae paulo post legun-

tur p. 101, 2 ubi de fertilitate eiusdem insulae agitur: non dubitasse homines *ἐφαρμόττειν αὐτῇ τὴν λέγουσαν παροιμίαν ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα, καθάπερ που καὶ Μένανδρος ἔφη*. Quorum postrema ita demum ab ipso Strabone adiecta putarem, si Menandrum proverbio isto, trito sane et a comicis poetis multum usurpato, de ipsa Samo usum esse constaret; id vero cum nequaquam credibile sit, delenda suspicor ista.

XIV 638 = 102, 13.

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθον.

Notissimum hoc Callimachi carmen est, cuius secundo versu codices pro *κλαίω*, quod ex Xylandri emendatione scriptum est, habent *καίω* i. e. *κλίω*. Corrigendum igitur *κλείω*; ac correxit ita, ut nunc video, iam Casaubonus in margine, in quo aliae etiam summi viri emendationes delitescunt ab editoribus neglectae. Similiter in Hermesianactis Eleg. 1, 33 nuper recte scriptum est *κλεῖεν δ' Ἰκαρίου τε γένος καὶ δῆμον Ἀμύκλου*, pro *κλαῖεν*.

XIV 641 = 106, 10.

Thrasonis, incertae aetatis statuarii, opera in templo Dianae Ephesiae asservata recensens scriptor haec dicit: *οὗπερ καὶ τὸ Ἑκατήσιόν ἐστι καὶ ἡ κρήνη Πηνελόπη καὶ ἡ πρεσβῦτις ἡ Εὐρύκλεια.* Pro *κρήνη*, quod sane perineptum est, cod. F habet *κηρίνη*, quod Kramerus eam ob caussam recipere non ausus est, quod cerei simulacri exemplum non recordaretur. Non videtur tamen cerae usus antiquis artificibus prorsus incognitus fuisse: docent hoc quae apud veteres de cerea imagine Protesilai ferebantur*), quae temere et sine exemplo fingi non potuerunt.

*) Hyginus Fab. 104 in argumento Euripidis Protesilai: fecit

XIV 642 = 108, 11.

Πρὸ αὐτῆς (τῆς Κολοφῶνος) ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιόν. Clarii Apollinis oraculum Pompeii M. tempore a praedonibus excisum esse constat e Plutarcho in Pomp. 24. At postea denuo restitutum est summaque auctoritate floruit. Viguisse adhuc Strabonis aetate non tantum ex Tacito Ann. 2, 54 quem Kramerus laudat, intellegitur, sed alii etiam scriptores docent, ut Lucianus Dial. deor. 16, 1. Pseudom. 29, ne plura afferam. Quo magis suspecta esse debet edita scriptura; ac cod. F pro *ποτέ* habet *τό*, unde suspiceris pro *ἦν τό* scribendum esse *ἐστί*, nisi utrumque et *ἦν* et *τό* delere malis.

XIV 642 = 109, 2.

Ὣς φάτο· καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρον,
καὶ τότε δὴ Κάλχανθ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψεν.
Sunt Hesiodi versus, in quorum altero vereor ut recte dictum sit *ὕπνος θανάτου.* Recte quidem mors somno comparari potest, nec offensionis caussam haberet si *θάνατος* aliquem *ὑπνῶσαι* diceretur: at *ὕπνος θανάτου* mihi novitium potius dicendi genus esse videtur quam antiquum et graecum. Quid multa? epici sermonis usus requirit, ut Hesiodo *Κάλχαντα νέφος θανάτοιο* restituatur.

XIV 644 = 110, 20.

Γέγονε δὲ καὶ συγγραφεὺς Ἑκαταῖος ἐκ τῆς αὐτῆς πό-

---

simulacrum cereum simile Protesilai coniugis et in thalamis posuit sub simulatione sacrorum et eum colere coepit. De quibus cf. quae dixi in Bergkii Ephemer. philol. a. 1846 p. 1093. Ex Euripide item Ovidius Rem. Am. 723 si potes, et ceras remove: quid imagine muta carperis? hoc periit Laodamia modo.

λεως. De Teo urbe scriptor agit, ex qua cum Scythinum oriundum esse meminisset Heckerus in Schneidewini Philol. vol. 5 p. 429, id ipsum nomen pro Hecataeo substitui voluit; nec negari potest lenissimam esse nominis *ЄΚΑΤΑΙΟC* in *CΚΥΘΙΝΟC* mutationem. Non credo tamen quidquam mutandum esse; Strabo enim haud dubie de Hecataeo loquitur eo, qui ceteris Abderita dicitur, quae urbs cum Teiorum colonia fuerit et cum metropoli arctissima consuetudine coniuncta, profecto non mirum est eundem hominem ab aliis Teium ab aliis Abderitam perhiberi. Similiter Protagoras, quem ceteri Abderitam appellant, Teius dicitur ab Eupolide Fragm. Com. graec. vol. 2 p. 490. Qui proxime antecedit versus apud Strabonem *Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία*, in eo, cum productio adiectivi *καλός* ionici poetae, ipsius fortasse Anacreontis, versum esse evincat, ultimae voci item ionica forma restituenda est.

XIV 645 = 113, 9.

Ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι, μαρτύριον μετὰ τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους προχειριζόμενοι. Pro *μετά*, quod in peioribus libris *μέν* scriptum est, recentiores critici deleverunt, *μέγα* scribendum.

XIV 647 = 116, 6.

Δοκοῦσι δ' εἶναι Μάγνητες Δελφῶν ἀπόγονοι τῶν ἐποικησάντων τὰ Δίδυμα ὄρη ἐν Θετταλίᾳ. Transcripsit haec Eustathius ad Hom. p. 338, 2. Sed *Δελφῶν* non diffiteor mihi vitii suspectum esse. Constat quidem ex Conone apud Photium Bibl. p. 135, 34 partem Magnetum Thessalicorum Delphos concessisse et hinc in Cretam atque e Creta in Asiam immigrasse et Magnesiam ad Maeandrum condidisse; at Delphos Thessaliam incoluisse

quis unquam memoriae prodidit? Nisi igitur Strabo omnia mirum in modum pervertisse dicendus est, conicere licebit *ΔΕΛΦΩΝ* ex *ΑΙΟΛΕΩΝ* corruptum esse. Ac fidem huic emendationi ipse facere videtur Strabo p. 647 = 115, 20 *Μαγνησία πόλις Αἰολίς*, et p. 648 = 118, 20, ubi *Αἰολεῖς ἐν Μαγνησίᾳ* memorantur. Tum proxime sequuntur apud Strabonem haec: *περὶ ὧν φησὶν Ἡσίοδος ἢ οἵη Διδύμους — παρθένος ἀδμής*. Attulit scriptor hos Hesiodi versus iam lib. 9 p. 442, quos hoc loco a Strabone iteratos esse eam potissimum ob caussam improbabile est, quod de Magnetum circa Didymos montes sedibus nullum verbum habent. Itaque e margine in textum illatos suspicor.

XIV 647 = 116, 20.

Συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἄρδην ἀναιρεθῆναι Κιμμερικοῦ ἔθνους εὐτυχήσαντος πολὺν χρόνον· τῷ δ' ἑξῆς ἔτει (cod. D *ἔτι*) *Μιλησίους κατασχεῖν τὸν τόπον.* Pro *εὐτυχήσαντος*, quod parum apte de Treribus dicitur, ex F scribendum *εὐτυχήσαντας*, id ut ad Magnetas referatur. Confirmant hoc etiam sequentia *Καλλῖνος ὡς εὐτυχούντων τῶν Μαγνήτων μέμνηται.* Tum *Μιλησίους* ex *Ἐφεσίους* corruptum esse vidit Coraes: *ἔτει* vero vel *ἔτι* non delendum arbitror, sed ex *τούς* corruptum puto; ε ex praecedenti σ ortum est. De bello isto Ephesios inter et Magnetas gesto praeter Athenaeum lib. 12 p. 525 videndus Diogenes Laert. 1, 117 sq. Ad idem bellum, multos per annos varia fortuna gestum, spectare videntur etiam ea, quae leguntur apud Plutarchum Prov. 1, 57, ad quae conferenda sunt quae disputavi Comment. de Scymno Chio p. 62.

XIV 648 = 118, 1.

Ἀναξήνορα δὲ τὸν κιθαρῳδὸν ἐξῆρε μὲν τὰ θέατρα,

ἀλλ' ἔτι μάλιστα Ἀντώνιος. Scribendum aut ὅτι μάλιστα, aut quod magis placeret ἔτι μᾶλλον, pro quo etiam aliis locis in Strabonis libris μάλιστα scribi memini. In sequentibus lin. 15 malim καὶ ἐκβάλλουσι δὲ (pro γε) τὸ ἔθος, et lin. 20 pro Μυουσίων reponendum Μυησίων, quod in omnibus libris est. Μύης et Μυοῦς diversa sunt eiusdem urbis nomina. V. ad Stephanum Byz. p. 459, 11 et Böckhium Oecon. Att. vol. 2 p. 709. Quod autem alias Strabo gentilicio Μυούσιος usus est, eius rei haec mihi caussa esse videtur, quod aliis locis alios auctores secutus est.

XIV 650 = 120, 21.

Οἱ ἐκ τοῦ γυμνασίου νέοι καὶ ἔφηβοι γυμνοὶ ἀπαληλιμμένοι. Corrigendum esse λίπ' ἀληλιμμένοι etiam nunc credo, idemque vitium diu est quod auferendum putavi etiam lib. 15 p. 720, ubi vulgo γυμνὸν ἐπαληλλειμένον legitur; nimirum επ ex αιπ, et hoc rursum ex λίπ' corruptum est.

XIV 650 = 121, 3.

Ἀπὸ δὲ τριάκοντα σταδίων τῆς Νύσης ὑπερβᾶσι Τμῶλον τὸ ὄρος τὴν Μεσωγίδα ἐπὶ τὰ πρὸς τὸν νότον μέρη καλεῖται τόπος Λειμών. Haec corrupta esse consentiunt interpretes, qui quas tentarunt emendationes cum iusto audaciores esse videantur, equidem ante Τμῶλον excidisse arbitror κατά. Ita orationis perspicuitati et rei veritati abunde satisfactum; nam quod τὰ πρὸς τὸν νότον μέρη ad remotius τὸν Τμῶλον referenda sunt, in eo non puto haereri posse. Praeterea τόν ante νότον recte omittit E. In Homerico versu quem deinceps affert, Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι etc. Strabonem Ἀσίω probasse ostendunt quae statim subicit verba δεικνύντες Ἀσίου τινὸς ἡρῷον,

in quibus *Ἀσίου* ab *Ἀσίας* est. Supra quidem lib. 13 p. 627 alteram lectionem *Ἀσίῳ* secutus est; sed ibi Demetrii opinionem affert. Mox lin. 15 *τὰς ἐπωνύμους ἑαυτῶν κτίσαι πόλεις* carere licet Corais emendatione, modo scribatur *αὑτῶν*. Eadem pagina lib. 19 pro *Κοσκινία* praestat *Κοσκίνια* scribere: supra enim lib. 13 p. 587 = 12, 14 habes *ἐκ Κοσκινίων*.

XIV 652 = 127, 22.

Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφιοῦσσα καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινίς. Nomen *Σταδία* suspectum est. Cod. *κασταδία*, in quo vide an *καὶ Ἀστερία* lateat vel *καὶ Αἰθραία*, quibus de nominibus Rhodi insulae vide Stephanum Byz. p. 546 et Plinium NH. 5, 21. Sequuntur statim de Telchinibus haec: *οὓς οἱ μὲν βασκάνους φασὶ καὶ γόητας θείῳ καταρρέοντας τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ζώων τε καὶ φυτῶν ὀλέθρου χάριν.* Fortasse recte Kramerus librorum scripturam revocavit, quae cessit recentiorum correctioni *καταρραίνοντας*. Zenobius tamen Cent. 5, 41 similiter: *Τελχίνων φύσει βασκάνων ὄντων· καὶ γὰρ τῷ στυγὸς ὕδατι τὴν γῆν καταρραίνοντες ἄγονον ἐποίουν.* Sed *θείῳ* quid faciendum sit nemo adhuc docuit. Lobeckius Aglaoph. p. 1092 dubitanter *λῃίων* proposuit, pro quo Strabonem potius *ἀγρῶν* vel *καρπῶν* dicturum fuisse crediderim. Mihi *φθόνῳ*, prae invidia, vero propius videbatur, genetivis *ζῴων καὶ φυτῶν* non ab *ὀλέθρου* suspensis, sed a *καταρρέοντας*; nam *φύσει*, quod quis ex Zenobio commendare possit, paulo longius a librorum scriptura recedit. Praeterea dubito num *ζῴων* sanum sit; nam in animalia quoque invidos istos daemonas aquam Stygiam effudisse ceterorum, qui hanc rem attingunt, nullus tradidit, nec si quis antiquiorum tradidisset, a Nonno praetermissum existimarem, cuius hunc locum adscripsit

Lobeckius ex Dionys. 14, 43 *ἀρνόμενοι Στυγὸς ὕδωρ ἄσπορον εὐκάρποιο Ῥόδου ποίησαν ἀλωήν, ὕδασι ταρταρίοισι περιρραίνοντες ἀρούρας.* Itaque nescio an scribendum sit *φθόνῳ καταρρέοντας τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ῥιζῶν τε καὶ φυτῶν*, i. e. herbarum et segetum; nam *ῥίζαι* non radices tantum sed etiam herbas plantasque significant, quo sensu Strabo ipse supra *ῥίζας καὶ βοτάνας* coniunxit, ut *ῥιζοτομεῖν* et *φυτουργεῖν* lib. 15 p. 734. Et *ῥιζοτόμοι* non radices tantum sed etiam herbas colligebant.

XIV 654 = 129, 5.

Φασὶ δὲ τοὺς γυμνήτας ὑπὸ Φοινίκων βαλεαρίδας λέγεσθαι, διότι τὰς Γυμνησίας Βαλαρίδας. Ita in libris scripta prostant haec verba omni genere errorum plena et ineptissime hic inculcata: quo minus dubitandum est quin pro insititiis habenda sint. Leguntur statim haec: *τὴν ἐκ παλαιοῦ παροῦσαν τοῖς Ῥοδίοις εὐδαιμονίαν*, in quibus cum optimus cod. F pro *εὐδαιμονίαν* habeat *εὐμενίαν*, id ipsum ex *εὐθενίαν* vel *εὐθένειαν* corruptum esse videri potest.

XIV 656 = 131, 26.

Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ τοῦ Μαυσώλου τάφος, [ἓν] τῶν ἑπτὰ θεαμάτων, ἔργον, ὅπερ Ἀρτεμισία τῷ ἀνδρὶ κατεσκεύασεν. Recte viri docti in voce *ἔργον* sic nude posita offenderunt; sed num Scopae nomen exciderit dubitari potest, cum multo sit probabilius post *θεαμάτων* excidisse *θαυμαστόν*.

XIV 658 = 136, 8.

Τὰ δὲ Μύλασα ἵδρυται ἐν πεδίῳ σφόδρα εὐδαίμονι· ὑπέρκειται δὲ κατὰ κορυφὴν ὄρος αὐτοῦ. Haec frustra

tentata sunt: *κατὰ κορυφὴν κεῖσθαι* dicitur *ὄρος* recta linea assurgens et verticibus incolentium imminens, ut solem *κατὰ κορυφὴν* esse dicit Aristoteles et ipse Strabo lib. 16 p. 779 et 17 p. 817 et alibi. Sed *αὐτοῦ*, quod ad *πεδίον* referri non posse apertum est, obscurat sententiam; neque intellegitur cur non *αὐτῶν* scribere maluerit Strabo. Quod statim sequitur nescio cuius praetoris dictum de illo Mylasorum situ, in eo vereor ne verba *οὐδ' ᾐσχύνετο* aliquid corruptelae traxerint. In sequentibus haec habes: *ἱερὰ δύο τοῦ Διός, τοῦ τε Ὀσογὼ καλουμένου καὶ Λαβρανδηνοῦ.* Libri fluctuant inter *Ὀσογῶ* et *Ὀσογώ*, quorum alterum praefert Kramerus, idemque restitutum ivit apud Pausan. 8, 10, ubi nunc editur *καλοῦσιν Ὀγῶα.* At cum in titulo Mylasensi apud Boeckhium C. I. no. 2700 scriptum sit: *ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΟΣ ΟΣΟΓΩΑ ΔΙΟΣ ΖΗΝΟΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ*, et in alio apud Hentzenum in Bulletino dell' Inst. a. 1849 p. 187 sic: *ΔΙΟΣ ΟΓΩΑ ΔΙΟΣ ΖΗΝΟΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ*, recte Hentzenus *Ὀσογῶα* videtur scripsisse. Pro *Λαβρανδηνοῦ* in Strabonis loco complures libri *Λαβραυνδηνοῦ* et mox *Λάβραυνδα* pro *Λάβρανδα*, quas formas numorum fide aliisque testimoniis satis munitas (v. Eckhel. D. N. vol. 2 p. 585. Böckh. C. I. vol. 2 p. 502) etiam Straboni restituendas arbitror.

XIV 659 = 137, 12.

Τῶν Καρῶν τῶν περὶ τὸν Ἑκατόμνω. Frequens forma huius nominis est *Ἑκατόμνως*, nec paucis locis pro vulgari *Ἑκάτομνος* ex bonis libris restituenda; velut apud Harpocrationem p. 67, 18; ubi cum nunc edatur *Ἑκάτομνος ὄνομα κύριον*, duo libri recte habent *Ἑκάτομνω*, sive is secundus sive quartus casus est.

Comparanda similia apud Cares nomina, Ὀσογώς Πακτύως Σύσκως. Cf. titulos apud Böckhium C. I. no. 2691 e.

XIV 665 = 148, 1.

Ἐνταῦθα (Pinara Lyciae urbem dicit) δὲ Πάνδαρος τιμᾶται, τυχὸν ἴσως ὁμώνυμος τῷ Τρωικῷ· [ὡς καὶ Πανδαρέου κούρη χλωρηὶς ἀηδών.] καὶ γὰρ τοῦτον ἐκ Λυκίας φασίν. In his verba uncis inclusa [Odyss. 19, 518] quo consilio addita sint vix erit qui intellegat. Nam si hoc docere voluit, Pandareum quoque Lyciae perhiberi originis, nimis salebrosa orationis forma usus est. Res ipsa quoque incredibilis est nec ab ullo alio scriptore tradita. Non igitur dubitandum videtur, quin versus iste a sciolo in margine adscriptus postea, ut fieri solet, in textum illatus sit. Porro absonum plane et ineptum est illud τυχὸν ἴσως ὁμώνυμος τῷ Τρωικῷ. Quorsum enim illud τυχὸν ἴσως? quasi vero id quemquam fugere possit, Pandarum Troicum et Pandarum Lycium ὁμωνύμους esse heroas*). Sed Strabo haud dubie ὁμογενής scripserat, sive quod propius ad librorum lectionem accedit ὁμόγονος. Iam vides sublatis quae non scripsit Strabo planissime orationem et sententiam ita procedere: ἐνταῦθα δὲ Πάνδαρος τιμᾶται, τυχὸν ἴσως ὁμόγονος τῷ Τρωικῷ· καὶ γὰρ τοῦτον ἐκ Λυκίας φασίν. Ceterum easdem sordes etiam Eustathius in suo exemplari repperit ad Hom. p. 448, 20 φησὶ γοῦν ὁ γεωγράφος οὕτω· ὑπόκειται τῷ Κράγῳ Πίναρα, μεγίστη πόλις Λυκίας, ἔνθα Πάνδαρος τιμᾶται, τυχὸν ὁμώνυμος τῷ Τρωικῷ, ὡς καὶ Πανδαρέου κούρη χλωρηὶς ἀηδών· καὶ τοῦτον γὰρ ἐκ Λυκίας φασίν.

---

*) Non minus inepte schol. Par. ad Apollonium Rhod. 1, 87 de Oechalia Euboica et Thessalica agens: δοκεῖ δὲ ὁμώνυμος εἶναι.

XIV 669 = 154, 13.

In Cilicia inter Charadruntem et Anemurium est *παράπλους τραχὺς Πλατανιστὸς καλούμενος*. Hoc nomen aut *Πλατανιστοῦς* scribendum, aut *Πλατανιστῆς*, quorum priori favet Stadiasmi scriptor apud Gailium Geogr. min. vol. 2 p. 274, eundem locum *Πλατανοῦς* appellans, alteri cod. F in quo *Πλατανιστής* scriptum, quod comparandum cum *Πλατανιστᾶς* (i. e. *Πλατανιστάεις*, ut *Πλατανιστῆς* = *Πλατανιστήεις*), quod loci nomen est Spartae apud Pausaniam Lacon. 14, 8 quem *Πλατανιστοῦντα* vocat Theognis Eleg. 882. Paucis interiectis sequitur: *τοῦτο δ' ἐστὶ Νάγιδος πρώτη μετὰ Ἀνεμούριον πόλις*, ubi pro *τοῦτο* corrigunt *ἐν τούτῳ*, scil. *παράπλῳ*. Imo scribendum *τούτου*.

XIV 674 = 162, 20.

Βοηθοῦ κακοῦ ποιητοῦ. Eodem tenore *Βοηθός* editur lib. 16 p. 757. Rectius fuerit *Βόηθος*. Cf. Eustathius ad Hom. p. 907, 11 et 1480, 63. Recte apud Plutarchum Symp. 673 d. editur *παρὰ Βοήθῳ τῷ Ἐπικουρείῳ*. Obscuratum hoc nomen est apud Athen. 7 p. 278 f. *οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ κατατρέχοντές που τῆς ἡδονῆς καὶ ἀκρασίας ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν*. Ubi Schweighaeuserus post *που* addendum censebat *τῶν Ἐπικουρείων*, quo non opus est si scribas *Ἐπικούρους καὶ Βοήθους*. Boethum Epicureum iterum memorat Plutarchus p. 396 e.

XIV 683 = 176, 19.

Φησὶ μὲν γὰρ ὁρμηθῆναι τὰς ἐλάφους Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος, ἐκ δὲ Κιλίσσης ἠιόνος εἰς ἀκτὰς διανήξασθαι Κουριάδας, καὶ ἐπιφθέγγεται διότι

μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδευτον
χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν ζεφύρων.

Postrema etiam nunc sic a poeta scripta fuisse arbitror: χεῦμα δι' εἰαρινῷ ἐδράμομεν ζεφύρῳ. Priora, quae haud obscura numerorum vestigia habent, sic fere poeta videtur scripsisse:

... Κωρυκίης ἀπὸ δειράδος ἔκ τε Κιλίσσης
ἠόνος εἰς ἀκτὰς αἳ διανηξάμεθα
Κουριάδας ...

Verbis adscriptis statim haec subiungit geographus, auctorem carminis in locorum situ indicando neglegentem fuisse ostensurus: ἀπὸ γὰρ Κωρύκου περίπλους μέν ἐστιν εἰς Κουριάδα ἀκτήν, οὔτε ζεφύρῳ δὲ οὔτε ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν νῆσον, οὔτ' ἐν ἀριστερᾷ, δίαρμα δ' οὐδέν. Quae parum integre scripta esse apertum est nec fugit interpretes, quorum alii οὔτ' ante ἐν ἀριστερᾷ omittunt, addita post ἀριστερᾷ particula δέ, alii idem illud οὔτ' in ἀλλά mutant. At vero haec ita demum probari possent, si Strabo ex carmine illo aliquid attulisset, ex quo cervas istas, a Coryco in Curium littus tranantes, Cyprum insulam a dextris habuisse intellegeretur; imo ne sic quidem recte argumentatio procederet. Quis enim infitias ibit, a Coryco Curium aeque bene, imo etiam facilius perveniri posse, si insulam a dextris habeas quam si a sinistris? Res potius ita se habet. Carminis auctor dixerat cervas a Ciliciae promontorio Curium in australi Cypri litore situm venisse zephyro flante. Hoc refutaturus scriptor, zephyro flante a Cilicia, neque si a dextra neque si a sinistra habeas insulam, Curium perveniri posse negat. Hinc intellegitur in verbis illis nihil esse corruptum nisi οὔτε ante ζεφύρῳ, pro quo οὐ scribendum est. Nam quod quis praeterea conicere possit, pro οὔτε — οὔτε reponendum esse εἴτε — εἴτε, id certe non est necessarium. Denique γάρ, quod inter ἀπό et Κωρύκου legitur, in δέ mutandum, quod respondeat superioribus φησὶ μὲν γάρ.



XV 687 = 183, 12.

In Euripideis versibus ex Bacchis (vs. 17) mirum est iam Strabonem in suo codice et hoc loco et lib. 1 p. 29 vitiose scriptum reperisse *τὰς πολυχρύσους γύας*, quod Euripidem *τοὺς* scripsisse certissimum est. Quos his subicit scriptor Sophoclis versus elegantissimos:

ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην
βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως
Ἴακχος αὐτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει,

in eorum ultimo fortasse nimis suspiciosus quibusdam videbor, si *αὐτῷ*, pro quo libri *αὑτῷ* habent, minime mihi placere dixero; iners enim pronomen hoc quidem loco et tantum fulciendo versui inculcatum videtur. Itaque nata mihi suspicio est poetam *αὐτόμαιαν* scripsisse i. e. vere nutricem, ut *αὐτοπάρθενος* dicitur quae vere virgo est, et *αὐτόπαις* apud Sophoclem Trach. 823. Quae post Sophocleos versus statim sequuntur verba: *καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ μηροτραφὴς δὲ λέγεται*, eorum postrema Strabonis non esse recte intellectum est; sed nescio an etiam illa *καὶ τὰ ἑξῆς*, qua dicendi forma nusquam Strabo usus est *), delenda sint.

XV 695 = 197, 21.

In Theodectae versibus inexplicabilia videntur verba:

καὶ συνέστρεψεν κόμας
μορφαῖς ἀναυξήτοισι συντήξας πυρός,

ubi quin *μορφαῖς* corruptum sit non dubitandum est; pro eo *φοραῖς* tentabat Lobeck. Paral. p. 458, Porsonus autem Miscell. p. 231 *ὀμφαῖς*, i. e. *πνοαῖς*, ut equidem opinor; ipse enim nihil interpretationis addidit. Hesychius certe

*) Nam lib. 7 p. 303 verba *καὶ τὰ ἑξῆς* una cum versu qui praecedit Homerico subditicia esse supra monuimus.

ὀμφή inter alia explicat per *πνοή*. Ita igitur verba *ὀμφαὶ ἀναύξητοι* de solis vapore intellegenda fuerint capillorum incrementum prohibente. In disputatione de versibus Theodectae instituta pleraque satis expedita sunt, si ab uno loco recesseris qui legitur p. 696 = 198, 8 *καθ' ὃ καὶ τοὺς Ἰνδοὺς μὴ οὐλοτριχεῖν φαμέν, μηδ' οὕτω* (libri potiores *οὕτως*) *πεπεισμένως ἐπικεκαῦσθαι τὴν χρόαν ὅτι ὑγροῦ κοινωνοῦσιν ἀέρος*. In his *πεπεισμένως* corruptum esse viderunt omnes, quomodo emendandum esset nemo. Scribendum vero *οὕτως ἀπεφεισμένως*, quod ad sententiam, quae requiritur, aptissime dictum est. Neque verendum est ne hac emendatione graecam linguam barbaro verbo *ἀφείδομαι* ditasse dicar. Nimirum non a verbo formavit scriptor *ἀπεφεισμένως*, sed ab adverbio *πεφεισμένως*, quod de cauta et modica ustione legitur in Hippiatr. p. 230 *σφυρὰ καύσομεν πεφεισμένως*. Similiter formatum est *ἀπαρευρημένως*, quod reddendum est Zenobio Cent. 2, 60 *Βόκχορις: οὗτος Αἰγύπτιος ὢν ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἐπινοίᾳ κρίσεων μνημονεύεται. εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δικαιότατα καὶ παρευρημένως κρινόντων*, ubi alii *παναρμονίως* alii *πρευμενῶς* tentant, melius facturi si negationem addidissent; at scribendum potius *ἀπαρευρημένως*, i. e. *ἄνευ παρευρήσεως*, sine dolo.

XV 701 = 207, 10.

Καὶ γὰρ τοὺς Σῆρας ἔτι τούτων μακροβιωτέρους τινές φασι. Non obloquar Kramero haec ex margine illata existimanti: sed orationi sua constabit integritas, si *καί τοι* scripseris pro *καὶ γάρ*.

XV 712 = 222, 24.

Ἄλλην δὲ διαίρεσιν ποιεῖται περὶ τῶν φιλοσόφων, δύο γένη φάσκων, ὧν τοὺς μὲν Βραχμᾶνας καλεῖ τοὺς δὲ Γαρ-

μᾶνας. In superioribus Megasthenis disputationem exposuit de philosophis Indorum, quorum qui montes incolant Bacchum, qui campos et planitiem Herculem venerari. Ex quibus intellegitur alteram illam distributionem philosophorum in Brachmanes et Garmanes vel Sarmanes ad eundem auctorem vix revocari posse; arguit id etiam orationis forma, ita potius instituenda *ἔτι δὲ ἄλλην* vel *ἄλλην δ' ἔτι διαίρεσιν ποιεῖται*. Quo accedit quod praepositioni *περί* nullus hic locus est; quod qui intellexerunt Coraes et Kramerus eam asteriscis incluserunt. Mihi ob eas quas dixi caussas in *περί* scriptoris nomen latere videtur.

XV 713 = 224, 24.

De Garmanibus ex Megasthene aliove scriptore: *ζῶντας ἐν ταῖς ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν ἀγρίων, ἐσθῆτος φλοιῶν δενδρείων*. Postrema verba etiam nunc non male ita corrigi posse credo ut scribatur *ἐσθητοὺς φλοιῷ δενδρείῳ*. Adiectivum verbale *ἐσθητός*, pro quo alius fortasse *ἠσθημένος* scripsisset, etsi aliunde non cognitum, recte tamen formatum est; et habet etiam alia huic similia Strabo, e. c. verbale *ὑπελθετέον* libro 13 p. 622 = 74, 15.

XVI 742 = 272, 22.

Ἡ δὲ χώρα φέρει κριθὰς μὲν ὅσας οὐκ ἄλλη· καὶ γὰρ τριακοσάχοα λέγουσι. Non male Tyrwhittus *τριακοσιάχοα*, vel Lobeckius *τριακοσιόχοα*, uterque haud dubie *κριθήν* supplentes, ut noto metaplasmo *τριακοσιάχοα* dictum sit pro *τριακοσιάχουν*. Itaque non neutrum est pluralis, sed femininum singularis. Verum cum Kramerus ex 15 p. 731 attulerit *διακοσιοντάχουν*, ac Strabo

aliis locis constanter dicat τριακοντάχουν πεντάχουν et reliqua, etiam hoc loco τριακοντοσιάχουν corrigendum puto, quae etiam Wesselingi sententia fuit ad Herod. 1, 193 et Dindorfii Thes. L. G. vol. 2 p. 1190.

XVI 747 = 280, 6.

Inter urbes Tigri amni adiacentes et Gordyaeorum ditioni subiectas memorantur Σάρεισά τε καὶ Σάταλκα καὶ Πίνακα. Has postea a Romanis Tigrani, Armeniae regi, concessas esse dicit. Satalca ab aliis non memorantur. Optimus cod. F id nomen Σάτακα scribit, unde conicias Σάταλα restituendum esse. Id notissimae urbis nomen est, de qua Stephanus Byz. p. 557, 20 Σάταλα, πόλις Ἀρμενίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ. Cf. Holstenius Emend. ad Steph. p. 285 et Wesseling. ad Itiner. p. 183. Paucis interiectis leguntur haec: ἐγένετο δὲ καὶ ἡ λοιπὴ Μεσοποταμία ὑπὸ Ῥωμαίοις, in quibus Μεσοποταμία corruptum esse vidit Letronnus, Γορδυαία coniiciens paulo audacius. Sufficit ἡ λοιπὴ ποταμία, scil. Tigridis ποταμία, quatenus Gordyaeis parebat. Ipse Strabo supra dixerat: πρὸς δὲ τῷ Τίγρει τὰ τῶν Γορδυαίων χωρία. Consimiliter ποταμία in μεσοποταμία abiit lib. 11 p. 527.

XVI 759 = 300, 17.

Memorata urbe Ascalone sic pergit: κρομμύων τ' ἀγαθός ἐστιν ἡ χώρα τῶν Ἀσκαλωνιτῶν, πόλισμα δὲ μικρόν. Haec in peioribus libris varie scripta sunt, κρομμύων τ' ἀγαθῶν vel κρομμύοις τ' ἀγαθή, unde Kramerus coniecit κρομμύῳ τ' ἀγαθή. Scribendum potius mutato accentu κρομμυών τ' ἀγαθός ἐστιν ἡ χώρα, ut Ascalonitarum agrum bonum esse dicat hortum ceparium. Hinc

etiam *Κρομμύων* sive *Κρομμυών* oppidi nomen in vicinia Ascalonis, de quo Stephanus Byz. p. 386, 14 *Κρομμύων πόλις, πόλις πλησίον Ἀσκάλωνος. Φιλήμων ἐν Ἐφήβοις.* Idque ipsum significat Strabo verbis *πόλισμα δὲ μικρόν.* De cepis Ascaloniis praeter alios Eudoxus apud Stephanum Byz. p. 132. Ceterum ante Strabonis verba supra adscripta lacunam indicandam arbitror.

XVI 759 = 300, 20.

Viris celebribus Gadarenis accensetur *Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος*. Pro hoc qui nuper *σπουδαιογέλοιος* restitui voluit vir doctus, deceptus fuit haud dubie errore Francisci Passovii, indicato a nobis ad Stephanum Byz. p. 357, 2, quem editam lectionem etiam in suo Strabonis libro reperisse docent quae scripsit p. 193, 5 *ἐντεῦθεν* (Gadaris) *ἦν Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος*. Idem confirmat Laertius Diogenes lib. 9, 17. Longioris formae exemplum non novi nisi unum Eustathii Opusc. p. 89, 47 indicatum illud etiam in Thesauro Parisiensi. Et quis neget *σπουδογέλοιον* recte dici posse seria miscentem risu? Notum est Gorgiae dictum *δεῖν τὴν σπουδὴν τῶν ἐναντίων γέλωτι διαφθείρειν, τὸν δὲ γέλωτα σπουδῇ* apud Aristotelem Rhet. 3, 18. De Menippo autem quamquam nullus hic dicendi locus est, unum tamen afferam, ut meum quendam errorem corrigam. Nimirum apud Suidam et Eudociam habentur haec: *Μένιππος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κέρκωπες καὶ Ὄφεις καὶ ἄλλα.* Quae cum olim ego propter Cercopas ad Hermippum, antiquae comoediae poetam, rettulerim, nunc de Menippo Gadareno intellegenda esse puto. Habemus igitur *Κέρκωπας* et *Ὄφεις* duarum Menippearum saturarum titulos. Eidem Menippo vide an recte tribuam aliam saturam *Δίες* inscriptam, sine auctoris nomine memoratam Aelio Diony-

sio apud Eustathium ad Hom. p. 1384, 46: *Δίες* *) *γὰρ τὸ πληθυντικὸν τοῦ Διός. καὶ δρᾶμα οὕτως ἐπιγέγραπται.* Quae ad Menippum spectare haud temere, opinor, conicio, memor eorum quae de Varrone, Menippi aemulo, scripsit Tertullianus Apol. 14: Romanum Cynicum trecentos Ioves sive Iupiteres sine capitibus introduxisse dicens. Quod autem comicus dicitur Menippus saturarum scriptor, et quod dramatum nomine eius saturae significantur, in eo non est quod quis haereat.

XVI 762 = 305, 26.

Vates in magno honore fuisse dicit, *ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἐκφέροντες παραγγέλματα καὶ ἐπανορθώματα καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες, καθάπερ καὶ ὁ Τειρεσίας τῷ καὶ τεθνηῶτι — τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσιν'. τοιοῦτος δὲ ὁ Ἀμφιάρεως καὶ ὁ Τροφώνιος κτέ.* Haec qui non recte procedere intellexit Coraes, in postrema loci parte scripsit *τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ Ἀμφιάρεως.* Sed recte habet edita lectio, modo Homericum exemplum; quod parum apte allatum est, cum verbis *καθάπερ καὶ ὁ Τειρεσίας* auferas.

XVI 773 = 324, 15.

Ἐπὶ τὰ ὑδρεῖα ἀναβαίνουσι πανοικὶ μετὰ παιανισμοῦ. Hic unus omnium locus est apud Strabonem, in quo *πανοικί* scriptum est, pro quo constanter utitur adiectivo *πανοίκιος*. Itaque etiam hic *πανοίκιος* reponendum puto, favetque coniecturae cod. F, in quo scriptum est *πανοικεῖον*, quod ex *πανοικεῖοι* i. e. *πανοίκιοι* corruptum est.

---

*) Laurentius Lydus de Mens. 4, 48 *πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ μόνου Διὸς Δίοι, ὥσπερ Ἀπόλλωνες ἢ Διόνυσοι.* Scribendum *Δίες*.

XVI 777 = 330, 9.

Καὶ τούτους δὲ διέφθειραν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπελθόντες διελυμήναντο. Nullus hic locus particulis *καὶ — δέ*. Scribendum *καὶ τούτους τε*. Idem vitium tollendum p. 768 = 317, 1 *καὶ ταῦτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα μεταβάλλονται.* Cfr. quae supra allata sunt p. 41.

XVI 777 = 331, 18.

Οὐ λέγω δὲ τῶν ἐθνῶν τὰ ὀνόματα τὰ παλαιὰ διὰ τὴν ἀδοξίαν καὶ ἅμα τὴν ἀτοπίαν τῆς ἐκφορᾶς αὐτῶν. Pro *παλαιά* neque cum Letronno *τὰ ἄλλα* neque cum Kramero *τὰ πλείω* scripserim, sed quod unice ad sententiam aptum est *τὰ πολλά*, multa ista populorum nomina, de quo dicendi usu vide Wyttenbach. ad Iuliani Orat. 1 p. 6 d. *Πολλά* et *παλαιά* permutantur in libris Strabonis etiam aliis locis, ut libro 1 p. 64. Eundem barbarorum nominum horrorem confitetur scriptor libro 3 p. 155.

XVII 811 = 384, 18.

In descriptione labyrinthi Aegyptiaci: *ἀναβάντα ἐπὶ τὸ στέγος οὐ μεγάλῳ ὕψει ἅτε μονοστέγῳ ἔστιν ἰδεῖν πεδίον λίθινον.* Kramerus *ἐν* ante *οὐ* desiderat: scribendum potius videtur *οὐ μέγα τῷ ὕψει.* Quae sequuntur *ἐντεῦθεν δὲ πάλιν εἰς τὰς αὐλὰς ἐκπίπτοντα ἑξῆς ὁρᾶν (ἔστι) κειμένας* etc. dubito num recte Kramerus *εἰσβλέποντα* scribi voluerit; ut enim *ἐκπίπτειν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἄλλοσε* recte dici potest is qui aliorsum oculos vertit, ita etiam simplex *ἐκπίπτειν*, quando de contemplantibus sermo est, recte dici posse crediderim. Pro *στέγος* propter *ὕψος μονόστεγον* nescio an rectius scribatur *τέγος*.

XVII 814 = 389, 4.

De oraculo Ammonis agens inter alia haec dicit scri-

ptor: *ἔξωθεν τῆς θεμιστείας ἀκροάσασθαι πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἔνδοθεν εἶναι· οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις τὸ πλέον, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, τοῦ προφήτου τὸν Δία ὑποκριναμένου.* Ante *οὐχ ὥσπερ* aliquid deesse statuunt interpretes; iniuria, cum apertum sit scripsisse Strabonem *τοῦτον δ' ἔνδοθεν· εἶναι δ' οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς.* Homericum exemplum parum opportune allatum vide ne interpolatori debeatur. In sequentibus de Callisthene haec habentur: *περὶ δὲ τῆς εὐγενείας καὶ τὴν Ἐρυθραίαν Ἀθηναΐδα ἀνειπεῖν.* Agitur de Diali Alexandri origine, quae cum minus apte *εὐγενείας* nomine indicari videatur, nescio an *διογενείας* vel *θεογενείας* scribendum sit.

XVII 818 = 395, 12.

De hierace agitur in Phile insula sancte culto: *Αἰθιοπικὸν δ' ἔφασαν εἶναι κἀκεῖθεν κομίζεσθαι, ὅταν ἐκλίπῃ καὶ πρότερον.* Postrema satis perspicua erunt si scripseris *ὅταν ἐκλίπῃ, ἢ καὶ πρότερον,* ut dicat post obitum hieracis vel etiam paullo ante eius obitum, aegrotante scil. avi sacra, novum ex Aethiopia hieracem accersi. In sequentibus non recte scribi puto *θυῖαι.* Bisyllabae formae nullum exemplum novi: genuina species est *θυΐα,* cuius penultima ex constanti usu poetarum Atticorum, quibus haec forma ubique e codd. reddenda est, producitur, haud secus atque in *ἀνία.* Quam si Andromachus apud Galenum vol. 13 p. 877 loco in Thesauro L. G. indicato corripuit, id eodem iure fecisse putandus est, quo epici utuntur in corripienda penultima vocis *ἀνία.*

XVII 823 = 404, 3.

Παρ' ἡμῖν (ὁ νυκτικόραξ) ἀετοῦ μέγεθος ἴσχει καὶ

φθέγγεται βαρύ, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ κολοιοῦ μέγεθος καὶ φθογγὴ διάφορος. Pro ultimo requiro aliquid, quod gravi sono oppositum sit, quale est *διάτορος* i. e. *ὀξύφωνος*. Mox *καθαρείων* scribendum ex epit. Vat. pro *καθαρίων*. Cf. p. 28.

XVII 834 = 421, 21.

In descriptione orae maritimae Carthaginiensium inter alia leguntur haec: *εἶτα Θάψος πόλις καὶ κατὰ ταύτην νῆσος πελαγία Λοπαδοῦσσα, εἶτα ἄκρα Ἄμμωνος Βαλίθωνος, πρὸς ᾗ θυννοσκοπεῖον, εἶτα Θένα πόλις.* Verissime in his *πρὸς ᾗ θυννοσκοπεῖον* restituit Kramerus; at *Βαλίθωνος* nondum inventus est qui expediret. Mihi non dubitandum videtur, quin post Ammonis promontorium aliud Balithonis a Strabone commemoratum fuerit, isque scripserit: *εἶτα ἄκρα Ἄμμωνος· [εἶτα ἄκρα] Βαλίθωνος.* Nimirum *Βαλίθων* nomen fuit sive Libycum sive malis Aegyptiacum, compositum illud ex *Βᾶλις* et *Θών*, quorum utrumque in istis regionibus non inusitatum fuisse, tum ex Stephano Byzantio intellegitur qui p. 157, 7 *Βᾶλιν* cognominis urbis in Cyrenaica sitae conditorem commemorat, tum Homerus docet vetustum Aegypti regem *Θῶνα* appellans. Perusitatam autem apud Aegyptios vicinasque gentes istam duorum in unum nomen coniunctionem fuisse, plurimis exemplis cognoscitur, qua de re copiosius dicetur ad Stephani Ethnica.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 4. initio exciderunt haec:

I p. 16 = 25, 16.

Καὶ προσεξεργάζεταί γε, πυνθανόμενος τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον. Nihil his adnotationis addidit Kramerus. At Casaubonus edidit *προσεργάζεται*, pro quo in codd. *προσεπεξεργάζεται* legi dicit. Verum videtur quod Toupius ad Longinum p. 243 Lips. coniecit *προσπεριεργάζεται.*

P. 5. Quae de Callimachio carmine dixi, quo poetam de reditu Argonautarum exposuisse suspicatus sum, ea sic intellegi volo, ut id alteram partem poematis de tota Argonautarum expeditione fuisse existimetur. Ac ne quis metri genus epico argumento minus habile opponat, Callimachum etiam Herculis laudes elegiacis versibus exposuisse constat, ne Palladis lavacrum commemorem. Ad carmen de Argonautis fortasse fr. 505 referendum est.

Ibid. Verba *ἢ τὸν Μεσσήνιον* forsitan ita aliquis a crisi nostra vindicet, ut *Βεργαῖον* de ipso Antiphane intellegendum esse dicat. Frustra, ut equidem opinor. Contra Eratosthenem enim disputat Strabo, Eratosthenem autem Euhemerum Bergaei nomine appellasse Strabo docet 2 p. 104 *Ἐρατοσθένη δὲ τὸν μὲν Εὐήμερον Βεργαῖον καλεῖν, Πυθέᾳ δὲ πιστεύειν.*

P. 12, 12 scribe ‚vide quae disputavit Hemsterhusius'

P. 17, 9 pro ‚non' corrige ‚facile'. Ib. l. 8 a fin. pro ‚augeri dicantur' corrige ‚augeantur'.

P. 32, 11 corrige Ἐμποριτῶν. De transpositionis veritate nunc subdubito, quandoquidem verba πολίχνιον Ἐμποριτῶν in hanc sententiam accipi possunt, ut de colonia Emporitarum intellegantur. Ita lib. 13 p. 615 Κάναι πολίχνιον Λοκρῶν dicitur.

P. 40. Recte opinor Avienum praeter gentium urbiumque nomina in ceteris rectam mensuram secutum esse dixi. Quod enim OM. 24 editur:

Rhodani ut fluenta plenius tibi edisseram,
stili immorantis patere tractatum, Probe,

editorum est piaculum, non Avieni; libri enim disseràm. Altero versu, ut hoc adiciam, inepte stili tractatum dictum est, pro quo cod. V habet pater tracta mi Probe. Scribendum igitur:

stili immorantis patere tracta, mi Probe.

In quo stili tracta satis eleganter dictum est de stilo tracto, i. e. de oratione tracta et fusa, ut est apud Ciceronem de Orat. 2, 159.

P. 46 in. exciderunt haec:

IV 203 = 319, 16.

Μετὰ ταῦτα μέντοι κατέλυσαν ἅπαντας καὶ διέταξαν αὐτοὶ τὰς πολιτείας ἐπιστήσαντας φόβον. Mira dictio est ἐπιστῆσαι φόβον, quam frustra quis Callimachio illo defendat Fragm. 229 λιρὸς ἐγώ, τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα φόβον, quod ἐπέσεισα scribendum esse alio loco docui. Strabo autem scripserat ἐπιστήσαντας φόρον, ut lib. 17 p. 821 ἀφῆκεν αὐτοῖς καὶ τοὺς φόρους οὓς ἐπέστησε.

P. 64. Quod dixi me nominis Ἶς nullum exemplum habere, de hominis nomine intellectum volui; notus enim est Ἶς fluvius non in Babylonia tantum, sed etiam Italia. Ac reperiuntur etiam alia nomina hominibus et fluviis communia, e. c. Euphrates, Achelous etc.

P. 69, 5 dele ‚non'.

P. 80, 10 dele ‚potius'.

P. 83, 7 corr. ‚rursus' pro ‚cursus'. Praeterea commemorare poteram, Ptolemaeum Geogr. 2, 8 in populis Galliae Lugdunensis recensere *Ἀρουίους*, quamquam non credo hos Avieno obversatos esse in iis quae de promontorio Aryio fabulatus est.

P. 89, in. Emendationem *Πύρρῳ τῷ Νεοπτολέμου* praecepisse Spengelium e Krameri Addendis didici.

P. 92, in. In Lucani et Statii locis Edonis correpta penultima tueri videntur quae disputavit Bentleius ad Horat. Carm. 3, 25, 9.

P. 97, in f. Verba *φησὶν· ὁ Θουκυδίδης* eidem fortasse interpolatori debentur, qui lib. 9 p. 423 ineptissime Thucydidis nomen Straboni obtrusit, de quo supra dictum est p. 146.

P. 98, 7. Recte habere videtur librorum scriptura. Cf. p. 37. Similiter lib. 8 p. 384 de Neptuno Heliconio: *ὃν καὶ νῦν ἔτι τιμῶσιν Ἴωνες καὶ θύουσιν ἐκεῖ τὰ Πανιώνια*, ubi nihil excidit, sed *ἐκεῖ* de Ionia intellegendum. Adde lib. 13 p. 629 *εἶτα τὸ Ὑρκάνιον πεδίον, Περσῶν ἐπονομασάντων καὶ ἐποίκους ἐπαγαγόντων ἐκεῖθεν*, i. e. ex Hyrcania. Ubi item viri docti haeserunt. Denique lib. 17 p. 818 *Αἰθιοπικὸν δ' ἔφασαν εἶναι κἀκεῖθεν κομίζεσθαι.* Cf. Photius Lex. p. 117, 16 *Ἰταλιώτης: Πυθαγόρειος· ἐκεῖ γὰρ διέτριβον.*

P. 109, 3 scribe ‚Darembergo'. Ibid. 8 *Ἀχαϊκός* pro *Ἀχαικός*.

P. 112, 9 scribe ‚dicuntur' et 16 ‚dicendi'.

P. 117, 16 corrige *ἔνυδρον* pro *ἄνυδρον*.

P. 120, 3. Pro 10 scribe 9. Quod in altero Hippocratis loco Epid. 6, 3, 22 (non 2), ubi nunc *πληνῷ* legitur, *Πλινθίῳ* scribendum esse dixi, plane confirmat Galenus a Littreo citatus, qui in aliis apographis scriptum

reperit *σπλὴν οἴω*, in quo manifesto *πλινθίῳ* latet. In eiusdem paginae lin. 2 a f. scribe *στρογγυλωμένα*.

P. 126. Ad Hebae vel Diae sacra apud Phliasio spectare videntur haec Hippolyti c. Haer. 5, 20 *τετέλεσται δὲ ταῦτα* (mysteria) *καὶ παραδέδοται ἀνθρώποις πρὸ τῆς Κελεοῦ — ἐν Ἐλευσῖνι τελετῆς ἐν Φλιοῦντι τῆς Ἀττικῆς* (imo *Ἀχαΐας*). *πρὸ γὰρ τῶν Ἐλευσινίων μυστηρίων ἔστιν ἐν τῇ Φλιοῦντι λεγομένη μεγαληγορία.* Ubi fortasse scribendum *Φλιοῦντι τὰ λεγόμενα Μεγάλης ὄργια*, quo fere ducunt quae paulo post leguntur: *ὥστε εὐλόγως ἄν τις εἴποι τοὺς Σιθιανοὺς ἐγγύς που τελεῖν τὰ τῆς μεγάλης Φλοιᾶς ἰονόργια*, i. e. *τὰ τῆς Μεγάλης Φλιασίων ὄργια.* Videtur igitur Dia vel Hebe apud Phliasios, serioribus fortasse demum temporibus, Magnae deae nomine culta esse.

P. 131, 9. Non repugnabo tamen si quis Euripidea in hanc sententiam accipere malit, non fore ut pro tridente nunc rupi arcis insculpto Thraces unquam erectum in arce tridentem statuant. Illud *ἀναστέψει* quo spectet docebit Lobeckius Aglaoph. p. 275. Eodem pertinent, ut hoc addam, quae leguntur in fragmento Phoronidis apud Clementem Alex. Str. 1 p. 418

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
πρώτη ἐκόσμησεν πατρὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Sic enim tertio versu legendum est pro *περί*. Cf. Eusebius Praep. Ev. 3, 8.

P. 134. Addere poteram idem illud *φιλειδήμων*, quod cum *φιλόδημος* permutari vidimus, restituendum esse Ciceroni ad Att. 12, 6: amo enim *πάντα φιλόδημον*, teque istam tam tenuem *θεωρίαν* tam valde admiratum esse gaudeo. Tentant *φιλομαθῆ* vel *φιλόλογον*. At scribendum *φιλειδήμονα*.

P. 138, 10 a f. Antipatri Sidonii exemplum accusativi *Μεγιστῆ* ex Anthol. Pal. 7, 27 petitum rectius omisissem; Antipater enim scripserat *Μεγίστην*, ut in cod. Palatino distincte scriptum est. Ac vocatur ita puer iste ab ipso Anacreonte fragm. 39 et 88. Pro *Μεγιστῆ* commemorare poteram *Διδυμῆ* e Scymni Per. 59 et plura eius generis alia.

P. 140. Cum Gregorae Nicephori verbis comparanda sunt quae leguntur apud Ptolemaeum Geogr. 3, 15 de Cephiso Boeotico: *ὃς καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὀρέων* (Pindum et Callidromum dicit) *ῥέων συμμίσγει τῷ τε Ἀσωπῷ καὶ τῷ Ἰσμηνῷ ποταμοῖς.* Quae consentiunt fere cum iis quae Gregoras de Ismeno et Asopo narrat; ac de Ismeno non intercedo quominus vera retulerit scriptor, de Asopo autem, nisi alium Ptolemaeus Asopum dicit, mihi res inextricabilis videtur.

P. 148, 17. Duo Hesiodi fragmenta simili modo coniunxit etiam Marckscheffel Hesiodi Fragm. p. 299.

P. 155, 10 pro ‚praetervideri' corrige ‚neglegi'

P. 163, 2 a f. Iusto confidentius dixi nusquam Sepiadem *ἄκραν* vocari. Exempla vide apud Valckenarium ad Herod. 7, 188. Apud Apollonium tamen *ἀκτή* legendum videtur, ut habet cod. D.

P. 174, 4 a f. De Aeschyli fragmento probabiliora vide apud Hermannum in Aeschyli vol. 1 p. 324.

P. 176, 7 a f. Non multum tribuo coniecturae meae, qua *Ἀθηναῖοι* pro *ἀρχαῖοι* Straboni reddendum esse suspicatus sum, quamquam certissimum est Atticos maxime scriptores et poetas scenicos fuisse, qui res Minois in deteriorem partem diffingerent. At poterunt *ἀρχαῖοι* illi de Atticis logographis intellegi, qui recte opponuntur Ephoro.

P. 192, 5 a f. In verbis scholiastae Apollonii Arg. 2, 945 non dubitari potest quin *μυρίων* corruptum sit.

Fortasse *χιλίων* scribendum; minus certum est quid Strabo scripserit. Quod autem *αἰγιαλὸν* illum scholiasta inter Carambin et Sinopen ponit, in eo Apollonium secutus est.

P. 194. In Homerico loco coniunctivum reposuit iam Hermannus Opusc. vol. 4 p. 20.

P. 199. Quod in Aeschyli loco conieci *πρέπουσι*, etiam Ahrentem, sed diverso sensu, scripsisse in Emend. Theocr. p. 29, vidi ex Hermanni Aeschylo vol. 1 p. 353.

P. 208, ult. Poteram ipsum Strabonem citare, apud quem *ἐκ μονομαχίας* est lib. 8 p. 393 in. Kramerum ut *εἰς μονομαχίαν* scriberet, fortasse sequens *προκαλεσαμένου* movebat.

P. 216, 4 a f. Verba *ὡς εἴρηται* etiam alias apud Strabonem (lib. 4 p. 177 f.) in libris loco suo mota sunt.

P. 217, 10. De *ἀκτῇ*, quod etiam Heckerus *ἄκρῃ* scribi voluit, vide B. ten Brink in Schneidewini Philologo vol. 6 p. 728.

P. 230, in f. In Theodectae versu secundo fortasse pro *μορφαῖς* scribendum *ὁρμαῖς*, quemadmodum apud Homerum habes *ἐπειγόμενοι πυρὸς ὁρμῇ*.

P. 236 med. exciderunt haec:

XVII 795 = 360, 10.

Εἶθ' ἱππόδρομος καλούμενος ἔστι καὶ αἱ παρακείμεναι ἄλλαι μέχρι τῆς διώρυγος. Scribendum videtur *καλιαί*.

P. 240, 8 et 12 a f. scribe *ἐπιστήσαντες* pro *ἐπιστήσαντας*.

INDEX RERUM

A

B

C *K* X

E *H*

G

H

I

L

M

N

O

P Φ


R *Ῥ*

S *Σ*


T Θ

V Y

X Ξ



INDEX SCRIPTORUM



Gedruckt bei A. W. Schade in Berlin, Grünstr. 18.









